

6 Neque humanitas, neque severitas importuna, sed digna Imperatore sit, & omnia opportunè dimittatur, atque ita supplicia inferat, & agentis animum, tempus, locum, modum rei gerendæ, causam, ipsius rei gestæ magnitudinem consideret, & pro istarum rerum ratione puniat.

7 Magna Imperatoria laus est, temperantem in victu, & vigilantem esse: noctu enim de rebus gravibus magis deliberatur, faciliusque noctu concluditur, quando animus ex omni externo rerum tumultu quiescit.

8 Alia inimicis dicitur, alia ipse facit. Res graves, atque secretas cum multis ne communices, sed paucis, iisque fidelioribus amicis tuis. Ita enim hostes decipere, sæpè necessarium esse diximus.

9 Tardè, ac circumspectè deliberat, & ea, quæ deliberata, constitutaque sunt aliqua cunctatione, aut formidine non recitè, necessarium cum primis est: timor enim non solum tua res non est, sed etiam rebus bonis inventis adversissima est.

10 Neque rebus prosperis effertur, nec adversis deiici, firmi animi, constantisque est, qui possit tuto ad omnem rerum eventum consilium ex tempore capere.

11 Iisdem aggressiōibus hostes semper invadere, quam illis sæpè numero feliciter usus sis, utile non est: hostes enim cum te affidè uti iisdem vident, aliquid adversum molientur, & excogitant, & permuta damna inferent tibi utenti.

12 Consilio, & prudentia Imperatoria hostes superare potius, quam manu, & vi, & pugna conferta, tutum mihi videtur esse, & utile. Illud enim ex animi sententia, & quemadmodum optimum judicaveris procedat, hoc autem semper aliqua cum offensione belli exitum habet.

13 Recitare bellum, aut diserte, quoniam fama aliqua mali, aut doli, aut insidiarum procreavit, neque iustum, neque decorum est: neque contra fama hæc omnino contemnenda est, sed de hostibus, si de nostris commemoraretur, sed adversum hæc omnia potius aliquid molendum, consiliendumque est, priusquam ea in opus aliquod exeant.

14 Animabit milites magnopere, si belli tempore hic rumor differatur, hostes in aliis locis à nobis victos esse: ita enim fiet, ut timida mentes excitentur, & fortes magis exacuentur.

15 Bonum enim nomen est victoriæ omen, & felicitatem ejus à Deo capimus.

16 Hostes decipies, si per profugos tuos contraria iis, quæ facturus es, aut deliberas facere, narraveris: si enim non credant, negligenter sin credant, ab eo tamen, quod tu proposuisti, aberrabunt, & consilia, quæ tu susceperis, proficient, illorum autem conatus irriti erunt.

17 Infortunia, & si quæ alia hujusmodi in exercitu accidunt, occultare, & quæ veris contraria sunt militibus divulgare, consilii Imperatorii, & prudentis viri est, qui dejectos militum animos sublevare possit.

18 Exercitui jam superato robur asserere poteris, si variis modis, si per bona, tum re, tum verbo illos pertractes: exprobrare enim, & vehementer insultare iis, qui jam offensionem acceperunt, animorum debilitationem, desperationemque affert, quod in primis mihi periculosum, noxiumque esse videtur.

19 Quando belli tempore à militibus aliquid peccatur, dissimulandum ad tempus, & tegendum est: post belli exitum auctores seditionum si cognoscas, pœna illos iusta afficias.

20 Militum ignavia dissimulanda, non exprobranda est, ne animi illorum concidant admodum, ac quotidie magis, magisque debilitentur.

21 Magnam animi perturbationem hostibus tuis iniicies, si post bellum, ubi commodissimè poteris, tuos in prelio cadentes congregaveris, hostium cadavera inspulsa jacere permittas, ac securè iterum discas, si opportunitas talis incidat, & id clam hoste facere poteris, siignes multos uno in loco accenderis, & alio in loco ipse requieveris. Hostes enim ad ignes accedent, & decipientur, tu verò, quod proposuisti, efficias.

22 Ut dissensionem, & suspitionem inter primarios, & optimates belli iniicias, quando agros hostium popularis, illorum agros non vastabis, sed quadam cum illis signa amicitiae, vel per literas, vel aliis modis ostendens. Hoc idem facies per captivos, quos ad exercitum suum iterum remittis, occultè illis secreta quædam narraveris. Hæc verò si sæpè abs te fiant, quamquam dolus hostibus solum, atque illisio fiant, in suspitionem tamen, & dubitationem quandam illorum incidit.

23 Deditionem hostium abs te obsecrorum faciliè comparabis, si sagittis literas alligaveris, quas in civitatem, aut muni-

tionem iacies, & libertatem illis, securitatemque promittas. Hoc idem feceris, si per captivos illis libertatem promiseris.

24 Neque hostium humanitas, neque discessionis, & fugæ simulatione decipiaris: dolosa enim hostium sunt consilia, & ad suam utilitatem hostes omnia excogitant. Itaque utilitas illorum tibi magna offensionis erit: & dolus illorum, noxa tua erit.

25 Suspicionem esse debet hostes per ea loca insequi, quæ ad insidias capiendas opportuna sunt: quare recedendum celeriter est, & incursum impetuosiorem faciendum est ad tempus, quod consilium Imperatorum laudandum in primis est.

26 Suspicionem timoris habet cunctatio, & pallor: ubi igitur tales videris milites, à dimicatione proli illos femoveas, ad opus aliquod necessarium faciendum amandabis.

27 Castra munire semper tutum est, amicitia, pacisque tempore. Si prope hostes fueris, fossam circumdacta, vel ex lapidibus, vel ex lateribus circumvallata, & ita castra tua in tuto ponas. Si enim aliquid adversum contingat, minus Imperatorum erit dicere aliquando non putarum.

28 Quando sine deditione hostium civitas aliqua, aut munitio capiatur, iube aperiri portas, ut multi affugiant, & non in summam animi desperationem cadant. Hoc idem fossato hostium capto præstabis. Necessarium autem hoc est, & securum in primis ad captivos retinendos.

29 Suspicionem proditiōis, & opinionem falsitatis iniicies hostibus de iis, qui abs te ad eos profugerunt ut illis vel diffidant, vel interficiant, si literas ad eos miseris, ut statim post has literas perlatas hostes invadant, & proditiōis tempus inter te, & profugos, cæteraque probabilia consilia videantur. Hoc pacto fiet, vel ut in custodia teneantur profugi, vel ut fides illis non habeatur, vel ut ad te iterum redeant.

30 Timiditatem militum tuorum in aliqua necessaria, & nec opinata incurfione hoc modo explorabis, si miseris, & eos, qui debiles equos habent, iubebis ab aliis separari: timidi enim, vel valetudinem, vel eorum imbecillitatem simulabunt, atque adeo ab hac bellica incurfione separabuntur. Tales vel ad castrum, vel alterius munitiois custodiam, vel ad alios usus securos emittes, ut ne ignavia sua etiam strenuiores milites labefactent. Sin acie jam instructa ad prælium mandaveris, ut qui præstò discedere vult, discedat, & qui vult illius locum ingrediatur, non modo timidus milites cognoscet, sed etiam fortes, strenuosque scies. Timidi enim initio proident, sed priusquam bellum incipiat, fortes autem post bellum inceptum summi periclitari cupient.

31 Temporis opportunitas, nisi aliter necessitas urgeat abs te conservanda est, atque adeo hostes invadant, ut neque tui commeatu deficiantur, & hostes magis venter omni labore, & agris jam depopulatis.

32 Victis jam hostibus idonea è te custodia ad tuos defendendos collocanda est: vitandæ enim subitæ incurfiones hostium sunt: non enim quiescunt hostes ullo tempore, sed belli offensionem, occasione sibi ad res melius, & cautius gerendas accipiunt.

33 Hostium legati, quamvis magnitudine copiarum admodum valeas, abs te minime violandi sunt: sociali enim modo adsunt tibi, & quamquam ab hostibus mitantur, seipsum tamen quodammodo in manus tuas tradunt. Sanctum, & iustum quod est, erga omnes servandum est. Alias enim de sua salute laborantes Legati nunquam ad te venient, & legationis genus ipsum apud omnes nationes minus vitatum erit.

34 Quando magnis cum copiis civitatem, aut castellum obfides, castra tua haud munita custodias relinquere non oportet, neque solo vallo, aut fossis ad custodiam contentum esse, sed & excubiis habeas accuratas, & exercitus tuus ad portas civitatis sedeat, propter excursions, quæ è portis fiunt, & propter irruptiones, quæ ab locis eò confluunt.

35 Proditores quidam per sepe in exercitu tuo esse timentur. Ut igitur ex iis utilitatem capias, percommodum fuerit contraria eorum, quæ facturus es, illis narrare, ut hoc modo deceptis hostibus facilius, & melius consilia tua procedant.

36 Sine ingenti utilitate, aut necessitate periculum ingrediendum non est. Qui enim talia suspitionum pericula, similes hominibus sunt, qui auri impostura incantant, & propter coloris solum suavitatem aurum hoc possidere vehementer cupiunt.

37 Vigilans, & sobrius in omnibus rebus gerendis, & adversus omnes hostium aggressiones sis, ut neq; intermissionis belli tempus, socordiae tempus putes, neque ante pacis perfec-

tionem ullam rem tibi negligendam arbitraris, sed hostium insidias sedulo vitabis, & prudenter illorum perfidiam qualis sit, cogitabis: ubi enim malum acceperis, hæc sera penitentia nullum momentum asserere poterit.

38 Qui ad te ab hostibus profugerunt, faciliè tibi hostium consilia nunciare possunt: sed certius cognoscet, si qui in incurfionibus à te capti sunt, ad te de hostibus aliquid referant. Quod si quæ à transfugis, & captivis dicuntur, conveniant, veritatem magis eorum, quæ quaruntur, intelliges.

39 Nullo modo, nullave de calgia iurandum hostibus firmatum violes: magnam enim malum perjurii crimen est. In quibus enim rebus Deus intercedit, firma necesse est pacta esse. Ignominia enim magna est Romanæ ac Christianis, si cum reliquæ nationes iurandum, fidemque conservant, si perfidi Deo intercedente, ac mediatore deprehendantur.

40 Vallo, aut fossa circumfictus, si quando res exigat, ne in sola munitione spem salutis reponas, quasi ad te defendendum idonea, sed secundum Deum armis tuis confidas: neque quamvis tutissimè in loco fueris, cætera arma contemas, si verè Romanus sis. Prima enim, & extrema vero militi

salus erit armorum suorum cura, & conservatio: reliqua omnia præter hoc plebeja, & vulgaria existimanda sunt. Antiquos enim Romanos murorum vice fossam, & arma usurpassè legimus. Et Lacedæmonius miles olim interrogatus, ubi ditionis sue termini essent, dixisse fertur, hic, hæstam vibratam manu ostendens.

41 Adhortaberis milites semper, ut ita parati sint, ut omni tempore, sereno, pluvio, noctu, interdiu, ubi usus fert, adversum hostes instruantur: talibus enim temporibus ne horam quidem aliquam constitutam assignare oportet, ut in promptu omnino sint.

42 Victoria tibi in publico prælio à Deo obiecta, si forrè hostes, vel ad vallum, vel ad aliquem munitum locum confugiant, nullum relaxandi tempus illis tribue, sed terrore recentem impendere illos adoriens, ne relaxatione aliqua illis concessa, firmiores, & paratiores fiant ad victoriam amissam quantum possunt recuperandam.

43 Si quis servi hostium ab illis ad te confugerint, ne quovis statim recipias: sæpè enim ab hostibus dolo mittuntur quasi servi, & cæterarum rerum egentes, atque adeo illis, qui se recipiunt, insidiantur.

44 Cavendum sedulo, observandumque est ab iis, qui ab hostibus ad obsecras urbes vestras dilabantur: sæpè enim hujusmodi civitates solent incendere, & civibus in restringenda flamma occupatis, obsecros civitatem melius invadunt.

45 Bello proposito si speraveris te habilem ad oppugnandos hostes esse, illarum in regione prælium committas: hoc enim magis idoneum erit, quam si tu in ipsa regione pugnes, & animos tuorum strenuiores facit: & de sua natione bellum non erit, sed de sua ipsorum salute. Novent enim, se, si non strenuè, atque alacriter in bello cum hostibus dimicent, in fugam vertendos esse, & de salute sua nullam spem esse posse. At regione in sua contra sperant: nam & fuga salutem quaerere se posse sperant, & ad munitiones veniunt, quibus servantur: atque adeo, cum strenuè hostibus resistere non necesse habent, ad fugam securam le convertunt.

46 Ubi belli nulla perturbatio est, non otio torpescant milites, sed hæc agant potius: ocium enim militibus magnarum seditionum, & turbarum causa est.

47 Colendus omnino Deus est. Bellorum autem in exordiis maxime illum veneraberis: si enim illum colueris pure, ac religiose, sicuti fas est, in omnibus periculis, & perturbationibus supplicabis illi quasi amico, & salutem ab illo comparabis.

48 Vigilans Imp. & exercitum suum contentione corporis & laboribus occupatum tenens, minus in omnibus bellicis moribus periclitabitur.

Milites in prælium educendi non sunt priusquam illorum periculum feceris, sed cognoscendas uniusquisque miles est, quam ad tempus, & quæ in acie sit utilis, itaque instruendus est. Hoc sola adversus hostes deliberabimus, quæ incognita illis sunt, antequam à nobis gerantur: si enim aliquam harum rerum notitiam habeant, faciliè adversus conatus nostros aliquid molientur.

50 Dolis, incurfionibus, fame, hostes lædendi, vexandique sunt, & crebrioribus aggressiōibus, insultibusque adoriendi: neque ad commune, publicumque prælium evocandi, vel valere fortunæ instabilitas solet, potius quam ulla virtus constantia.

51 Milites laboribus assueti strenuiores indies fiunt, L. B. Theat. vir. Human. Tom. V.

ociosi autem magis, ac magis debilitantur. Efficiendum igitur est, ut laboribus exercitati sint, quemadmodum tibi aliis præscriptum.

52 Ad omnes vite partes, præterquam in bello, incallidum te esse præcipimus. Ibi autem & in istis Imperatoris consiliis dolus adjuvat, ubi hostes eo decepturus es.

53 Cognosce, & expendite tuas vires, atque hostium diligenter, hoc si feceris Imperator, & singula diligenter, fideliterque perlustraveris, ægrè in bellicis rebus superaberis, aut expugnaberis.

54 Fortitudine, ac instructione militari longè majores res in bello geruntur, quam multitudine militum ignavorum confusa.

55 Locorum situs sæpè pugnantibus vehementer juvant, & imbecillioribus victoriam promovent. Itaque in locis te ad pugnam præparas, in quibus cognoveris exercitum tuum meliores, hostium autem deteriores habiturum.

56 Imperatoris solertia generosos milites reddit: natura enim paucos fortes ercat, cura autem, & industria, si Imperatoria solertia adjuvantur, multos strenuos facit.

57 Bonum mihi videtur esse iustum habere causam bellandam: nam qui injuriam illatam propulsat, hic iustus est, & divinam iustitiam adiutricem habet, dum injuriosos homines repellit. Qui verò primas injuriam intulerit, divina vindicta, ac iustitia à victoria belli abest.

58 Circumspectè post victoriam hostes insequaris, neque dissipatis copiis tuis illos in acie instructa fugientes persequaris: qui enim hoc facit, victoriam suam hostibus prodi: nam hostes acie instructa conversi in tuos confusus, & disiectos insequentes, faciliè te superabunt, & momenta victoriæ ad te transferent.

59 Hostes maxime expugnabis, quando in locorum, temporumque opportunitates, & hostium pugnantium vires intueris, atque ad omnem utum bellicum consilia, conatusque tuos conferas.

60 Neque congregare simul exercitum consilii causa par est: neque idoneum, ut singulos ociosos milites, & nulla in re occupatos ad te voces, atque increpes: hæc enim seditionis, & importunitatum turbarum causa est. Magna prudentia Imperatoria est, quando sis locis ad regionem suam defendendam utitur, qui minores, & non plures propriis copiis existunt, quousque alias inimicos sibi maxime futuros arbitretur, ne si plures fuerint, & inter se consenserint, eam invadant regionem, & superent, propter quàm in societatem tuam asciti sunt. Qui verò pecuniarum causa pro te periclitari volunt, fortassis majoris summa causa contra te ex contraria parte dimicarent.

61 Quando exercitui commeatum, & res necessarias non preparatas, faciliè absque hostibus superaberis: gestas enim & inopia commeatum, tum milites tum equos etiam contabescit.

62 Si quando equestribus copiis tuis fretus es, & iis in primis, qui hastati sunt, angusta, atque inæqualia loca devita, & loca plana, expostitaque exquire, hæc enim sunt iis, qui sic instruantur, idonea, ibique committe prælium. Sin pedestribus copiis fretus sis, inæqualia, condensa, & asperiora loca elige, & in illis bellum geras.

63 Si de te, tuisque copiis adversum hostes aliquid deliberaveris, & consilium tuum hostibus patfactum esse intellexeris, omne consilium tuum, quod intenderas, si ve in acie instrueda, si ve in aliis præceptionibus, formisque sit, repudiato.

64 Cum plurimis de rebus gerendis delibera: quid tuispe facturus sis, cum paucis, iisque fidelibus admodum communica. Quid verò potissimum factu sit, & quod ex omnibus consilium est optimum, apud te ipsum solum ferva.

65 Ut exercitus integer, ac sine ulla perturbatione sit, vel eò exercitum ducito, ubi commeatu rerumque necessariorum abundantia est, aut ipsum commeatum, & res necessarias exercitui apportabis.

66 Non per speculatores solum perlustranda via exercitus tui est, sed & tu Imperator, si commode, & clam poteris tuis ipsius oculis omnia loca pervestigabis: neque vias solum, sed etiam hostium adventantium multitudinem, & illorum aciem, ut inde tu instructus possis ad tuorum salutem, & hostium offensionem omnia excogitare.

67 Formidinem militum, ac animorum demissionem ad magnitudinem animi revocabis, & artibus variis, ac modis illis exsuscitabis, interdum oratione, interdum donis sublevaris, & abjectas illorum mentes ad aliquam tranquillitatem, ac strenuitatem eriges.

68 Aliqua etiam factorum temporum, atque astyrorum religio sit, & conserventur, qui ad ea loca profugerunt: neque tu, neque

neque ex tuis quisquam eos, qui ad sacra confugerunt, violes, eos autem, qui tale aliquid patravit, iusto supplicio coerceris.

69 Ab omni negotio domestico, atque injuria liberam plebem tuam conservabis, quæcumque in exercitu est, & quæ exautorata est. Satis enim illis est tributum publicum pendere, nullaque alia re premi. Si castellum aliquod, aut porta, aut pons conficiendus sit, vel via aliqua sternenda, aut aliud quod publicum extruendum est, neque publicis ætarii expensis absolvi potest, unufquisque tum ex æquo huic operi inferat, nemoque ab hac re excusetur, neque amicitia neque donis, ut ab officio suo abstrahatur, sed iusta, & certa cum proportione unufquisque tum divestitur pauper pro viribus suis publicum servitium præstet.

70 Militum in bello cadentium, atque eorum potissimum, qui strenuè se gerunt, & pro fide Christiana mortui sunt, corpora honestè sepeliantur, cosque bona, atque honesta commendatione mortuos prosequamur. Sed & liberi illorum, & conjuges, univèrsaque familia, tua providentia, ac præsidio alantur. Ita enim milites alacres, atque incitati ad bellica pericula suscipienda erunt, in illorum excessu è vita cernant, quid postea se, ac suos fiat, si se strenuos in bello gesserint.

71 Ea quæ ad bellum pertinent hyme parabis, ut vere in cunctis nulla re defectus, aut desititutum prælium inire possis.

72 Oratione blanda, ac benigna milites semper appellabis, & exhortaberis, ut inter se consentiant, & benevolenti animo toto hoc prælii tempore inter se sint, ut alacrius se mutuò defendant.

73 Ubi publicam aliquam aciem, & permittam ex equitatu & peditatu instruis, peditatum ad decem virorum altitudinem per contubernia instruis, equites autem quasi duo cornua hinc, atque illinc peditum collocabis.

74 Spectatis milites hoc modo explorantur, si imprudenter illis, sonus quidam, ac strepitus, vel tympani, vel alterius novæ, atque inaudite rei de improvviso perfonet. Eos enim, qui intrepidè sunt, neque ad hunc sonitum expavescunt, quasi stabiles, interque eliges, & præfectos ex illis deliges.

75 Inito bello preces Deo adhibenda sunt, adiutoresque invocandus est, ut ne in discrimina aliqua delabantur, aut aliquid, quod factio opus sit, prætermittant. Nam Deo propitio, manus ad movenda ad nos agenda sunt, & quasi instrumenta obedientia corpora nostra tractanda sunt. Neque enim, qui non manet, sed fugit hostes, superabit: neque enim, qui rem non incipit, fortunatus erit, sed precandam est, ut victoriam illum à Deo consequamur, ut armis nostris utamur, & in pugna adjuvorem illum habeamus.

76 Signorum quorundam, & portentorum spectra, milites in timore coniciunt: quæ si contingant, exquires & ipse aliquid, quo possis illorum mentes in contrariam sententiam vertere, & oratione tua aliquid traduces, ut quibus rebus in animi dimissionem incidere, ipsæ iterum in alacritatem, & spem bonam erigantur.

77 Rumore de victoria injecto, alacrior ad prælium suscipiendum exercitus erit. Si igitur tali rumore alacriorem militibus attuleris, & fortiter, ac strenuè in bellum ingressus fueris, bonam spem habe propitio Deo victoriam assecutam.

78 Scipio olim Romanis communibus suffragis, cum 18. annorum esset, Imperator electus est. Initio autem magistratus sui iustitiam lectulos, mensas, varia pocula, & reliqua valia omnia mandari, præter olam æneam, & subulam ferream, & poculum aliis argenteum, aliis ligneum. Ut vero nemo lavaret se, aut ullo oleo inungeret, præcepit: & dicitur omnes obsequium in prandio incoctum, quod ad ignem nunquam admovetur, haberent, in cena autem carnes, aut coctas, aut elixas, & parvo sub tegmine præfectus recubaret. Itaque universum tempus imperii sui transmittens, victoribus, & prudentia Imperatoria, cum primis illis habebatur. Astrologum autem, & prædictiones rerum, & portentorum præsentationes, & auguria, & infomiorum divinationes, reliquaque huiusmodi prænotiones, & iudicia, neque, aliaque omnia, quæ providentiam, solertiam Imperatoriam reprimere possent, repudiavit, atque abdicavit. Hunc si imiteris, consimilem gloriam, similia victoria trophea reportabis.

79 Arcus, & sagittæ arma sunt parabilia, & ubi usus requirit, magnam afferunt utilitatem. Præcipimus igitur tibi, ut mandes omnibus tuis, qui in castris, vicibus, & aliis locis sub imperium tuum subiectis habitant, atque ad eos omnibus, ut si fieri possit, unufquisque vir, sin minus, unaquæque saltem domus arcum habeat, & sagittas quadraginta, illique se exercere, tum in locis planis, atque asperis, tum in conden-

sis. Milites enim in bello illi utantur: alii autem suis locis, si quando contingat subita aliqua incursum in illos esse. Nam & in saxis præruptis, & in angustiis locorum, & condensis in sylvis viri stantes, magna damna hostibus sagittas iacendo inferent, neque audebunt hostes fortiter illos invadere. Itaque huiusmodi sæpe loca tuta, & sine aliqua noxa conferantur, hostibus præ timore sagittarum cõ accedere formidantibus.

80 Ubi Deus tibi pugnantem victoriam dederit, ut hostes tuos profliges, ne permittas, ut milites dissipati, & disiecta acie, vel arma diripiunt, vel apparatus hostium populentur, ut ne conversi hostes damnum inferant is, qui insequerentur. Superati enim prælio, ne apparatus quidem proprium retinebimus, victores autem tum nostrum tum hostium arma habebimus.

81 Imperator munera capiens res gravis, ac perniciosa civitas est: nam & milites attenuati ex eo pauperiores sunt, & præfecti omnes tum majores tum minores, hoc malo latius serpent, minus strenui ad res gerendas redduntur.

82 Speculatores elige firmos, celeres, fideles, industrios, existimationis suæ gloriam pecuniis anteposcentes. Nam qui tales fuerint, veritatem ad nos referent. Qui autem levi animo, timidi, pecuniæ cupidissimi sunt, veritatem nobis explicare non possunt: itaque magnarum offensionum auctoritas sæpe sunt tum Imperatori, tum universo exercitui.

83 Facile milites in expeditionibus, donis, ac spe bona illustiores redduntur: pacis tempore, vel timore, vel pœna eorum, qui deliquerint, à nefariis factis reprimuntur.

84 Sciasse Imp. fame, & frequentibus incurisionibus hostes magis lesurum, quem si armis coneris illos opprimere.

85 Si res tuas firmas, robustas, & perturbationi minus obnoxias cognoveris, & hostium speculatorem aliquem belli tempore ceperis, ne cum apud te retineas, sed permittit, ut ad suos redeat, & universas copias tuas, atque apparatus illos ostendat: ea enim res illorum animos vehementer perturbat. Sin imbecilles tuæ fuerint copiar, hinc ita coarctas, ut tibi hostium secreta consilia enunciet, & ad extremum, vel illum trucidabis, vel aliquò alio ablegabis.

86 Ea quæ geri abs te possunt, & magna sunt, cum provisè ac circumspèctè deliberatione, quod maxime ex usu tuo sit, suscipias: ubi suscepis, sine ulla dilatione, quæ deliberata sunt, conficias. Nam Alexand. aliquando rex, quomodo paucis annis tot, tantaque res administrasset interrogatus, G respondisse fertur, quia nihil quod hoste faciendum fuit, in proximum diem dilulit.

87 Ubi tibi societas opus est, eam cum exercitu tuo non miscbis, tumque minime, si fide, ac religione alia sit, quam tu es: sed castra, atque itinera illorum à tuis longè separabis, & consilia, conatusque aciei tuæ ab illis, quantum potes, occulta, ut ne si ea cognoverint, ubi inimicitia inter vos postea fuerint, ad profligandum tibi habiliores sint. Sed neque majorem societatem aspicas, quam tuæ ipsius copiar sunt, ut ne, quemadmodum antea diximus, vel tibi insidiantur, vel locum abs te expugnatum præcipiant.

88 Imperator, qui pacem affectat, ad bellum se præparet. Si enim volueris facere, ut hostes abs te, aut dimicationis tempore pacem petant, te ipsum paratum ad bellum demonstrato: ita enim timidiore reddentur, & pacem amplectentur.

89 Luxum nunquam amabis, tum pacem minime, quando cum exercitu es: communis enim cladis ac exercitui, & Imperatori est.

90 Neque prosperitate rerum elatus sis, neque adversis rebus deprimaris. Neque enim mollis, aut fractus exercitui tuo videri debes, sed constans, & gravis, & ad unam fortunam accipiendam fortis. Nam qui facile lætitia gessit, facile etiam dolore contrahitur, & languidæ mentis, esteminateque hoc magnum argumentum est.

91 Quicquid immoderatum est, haud probandum est. Itaque neque admodum terribilis subiectis tuis, neque nimis facilis sis: utraque enim nimis apta Imperatori in exercitu sunt. Multus enim timor odium generat, magna facilitas contemptum parit. Moderatio igitur quadam adhibenda est, ut in utramque partem moderatus sis, neque supplicia nimis crudeliter, atque iracundè inferas, neque rursus omnia soluta, atque impunita relinquant, ut ne magna in confusione, ac perturbatione rerum exercitus tuus videatur esse.

92 Belli tempore nocte de rebus agendis deliberabimus, interdum autem deliberata faciemus. Neque enim idem tempus esse debet consilii, & actionis suscipienda.

93 Victor terribilis hostibus Imperat. censetur, non qui verbo

verbo solum adversus hostes gloriari poterit: sed qui re ipsa firmare, quod verbis dixit, poterit.

94 Si quando parvum exercitum, & hostium tuorum copiarum longè plures sunt, minorem, angustiorisque locum capito, & copias tuis idoneum. Itaque fiet, ut multitudo hostium in unum fiat, ubi locum multitudinis minus est capax.

95 Inducias, & fœdera belli cum hostibus faciens, ne propterea in negligentia aliqua, aut locordia sis, sed majoribus, atque accuratioribus custodiis castra, aut regionem tuam munitis. Si enim fœdera violare hostes voluerint, præter indignationem, iramque Dei, perfidiam habes, & fidem confers, & honesto in loco apud omnes propterea es. Turpe est enim Imperatori dicere, non putarum.

96 Hoc etiam ad Imperatorum laudem magnopere pertinet, reputare eorum, & experientia certa cognoscere hostium castra, quam sint. Hoc fiet, si circum exercitum, ut cognoscas, quantum unufquisque locus & qualis sit, quotque milites, quemadmodum nobis ante descriptum est, capere possis.

97 Par est autem, quemadmodum hostium copias fœdas cognoscere, si & hostibus minus cognite tue sint. Ubi verò multitudinem copiarum tuarum clam hoste esse cupis, militibus præcipies, ut densati ambulent: addensatio enim, & contradio hebetat hostium oculos, & perfectè numerum tuorum comprehendere non sinit. Contra autem, si exiguas copias tuis effere cupis, ut plures videantur, rariore inambulenti, & consistent milites, & ampliore, spatio foremque locum, quam multaturo illorum requirit, exigant. Utraque enim horum si idoneo tempore, locoque fiat, ad despicendos hostes magnopere valebit.

98 Si aequalis tuæ, hostiumque copiar fuerint, ille melius instruit exercitum Imperator, si ve tu, si ve hostis fuerit, qui plurimam ad bellum consilia, factique Imperatoris valuerit. 99 Ne pararis, ut hostes suas copias, priusquam tu, instruant, sed contende, ut ante illos tua parata sint. Si enim prius instruxeris pro arbitrio tuo, jam paratus quidvis suscipias: hostis autem fortasse ne tempus quidem seipsum armandi, jam nunc tuam metuens incurisionem, habebit.

100 Sigtur tu te ad colligendum præparaveris, hostes tuos tuto, ac idoneè adories, & audaciam copias tuas asferes, & timorem hostibus iniocies.

101 Maxime tibi curæ sint milites fauciat, ut fervent. Si enim eos negligeris, militum animosa prælio abhorrentes, & dejectos effices: neque id solum, sed etiam qui diligentia, & cura conservari poterant, negligentia amites.

102 In fugam jam conversis hostibus, præcipe militibus, ut præda ablineant, ne dum illi dispersi in præda colligenda occupati sint, hostes illis insidiantur, atque opprimant: sed milites illos in acie instructi tuto insequantur. Qui ad colligendam prædam instructi sunt milites, in prælio fauciat colligent, & ascurrunt, & cadaverum spolia decanis tradant, qui, quemadmodum supra à nobis præscriptum est, diligenter procurabunt, ut ad prædictum modum æqualiter tribuantur.

103 Qui læptus consilia coniectat Imperator, is ad bellum, & apparatus bellicum maxime idoneus esse videtur.

104 Maximum Imperatoris peccatum est, uno prælio omnes copias superandas tradere. Si enim prudenter se adversum hostes instruxerit, ita exercitum apparabit, ut quæ offensio ei contingat, vel ordinatè discedat, vel facile offensionem belli recuperet.

105 Hostes maxime extruciat ordinatè, atque æqualiter acies instructa, si tunc te totum tempus prælii permanet. Capax enim omnium in acie est, & ad salutem firmissimum, ut milites in bello tuo aciem tum intervalla locorum conferent.

106 Solem, & ventum, & pulverem à tergo tuorum habes, & ex adverso facies hostium: hoc enim in primis utile est: si quidem hostium oculi vel sole hebetari, vel spiritibus pulvere obstructis, vel corpora vento tranverberata, facile tibi victoriam concedent.

107 Temeritatem hostem tuum ad temeritatem, & motus quosdam inanes voca: sin timidis fuerit, continuis incurisionibus, & nec inopinatis illud adories. Imperatori enim hostium natura cognoscenda est, & pro eius ratione consilia, factaque tua omnia inlitus.

108 Quid dicendum instructus Imperator est, timidos multorum animos ad prælium accendit, & calamitatibus acceptis facile suos consolatur, & strenuos viros magis roborat,

L. B. Theat. vir. Human. Tom. V.

& multum honorum universo exercitui autor est.

109 Sobrius sis, & vigilans, & omnium militarium laborum perferentior ceteris militibus. A lucti cupiditate abis: ita enim benevolentiam, & cupiditatem bonam tibi apud omnes comparabis, & cum ab illis diligerent, prompti ad omnes labores suscipiendos erunt.

110 Ubi victoriam tibi Deus dederit, & hostis pacem utilem exoptat, ne nimis durus sis, sed concede hoc illi, & pacem cum illo facias. Cogitare enim debet ancipitem belli exitum, & quotidianam rerum mutationem, & aque conversionem.

111 Hoc autem, quod sæpe commemoravi, in primis memoria teneas. Majorem te curam, provisionemque armorum facere debere, quam ad aliorum, quæ ad arma pertinent. Nam commestus, cæteraque necessaria, vel ex hostium regionibus suppeditari possunt: sine armis autem, aut etiam is deficientibus, hostes profligare non potes.

112 Clamofus, & vocalis exercitus, atque ad ovandum idoneus, hostium aciem magnopere perturbabit.

113 Si multitudine arcuum hostes treti sunt, humidius eorum observabis: tum enim languiores illorum arcus sient. Quod si tum cum hostibus conflixeris, minus de illorum sagittis laborabis.

114 Qui suis rebus gestis preluceat, non qui generis dignitate commendatur, illi utis Imperator est: quemadmodum neque aurea hasta utilis ad bellum, sed ferrea, & acuta est.

115 Magna gravitate videberis esse, quando non præsentia solum rectè gubernas, sed quæ futura etiam sunt, prospicis, illaque idoneè administras.

116 A voluptatibus se temperare, omnibus est optimum, Imperatori autem præcipue, bellicis verò temporibus in primis necessarium est.

117 Neque anceps prælium, & multam habens varietatem lubenter inchoa: neque eos, qui temerè, vel infidiosè potius rebus suis uti sunt, & propter fortunam suam in admiratione sunt, imiteris, sed quando bellum futurum est, hostes excipias quam tutissimè poteris: insidiis adversum eos utaris, quemadmodum oportuissimum esse iudicaveris. Fortuna si semel vicierit, multas iterum offensiones accipit. Ars Imperatoria autem, cum consilio, artificioque utitur, per sæpe vincit, raro, aut nunquam expugnatur.

118 Pecuniæ cupidus si fueris, non solum milites tuos perdes, & perniciem ingentem illis asferes, sed hostibus etiam contempti eris.

119 Circumspèctè, magna que cum industria bellum suscipias. Nam reliquis in rebus si damnum est, recuperari facile potest: in bello offensio semel accepta perpetuo permanet: tui enim corrumpuntur.

120 Castrorum loca utrum ne salubria sint, & salutaria, an morbida, & infesta, diligenter considerandum est: & num res necessaria, cujus generis sunt, aqua, lignum, fœnum, propè sit: si enim minus fuerint, perdifficilis erit comparatio, hostibus præsertim imminentiibus. Collemque aliquem propè adesse oportet, quem consensuri sunt, priusquam irruentes hostes cum anticipaverint.

121 Si hostes immanent, & simulaveris te contraria eorum, quæ facturus sis, facere, non parum tibi ipsi proderis. Nam si videaris interdum, vel vallum ducere, vel aliam quampiam munitionem extruere, & tali conatu tuo ad simile factum suscipiendum hostes impellantur, poteris instructis in dissipatos illos, atque operi intentos securè irruere, vel si id necesse est, ex locis asperis, difficilibusque exercitum educere.

122 Quemadmodum bonum ludatorem, ita bonum Imperatorem par est alia præ se ferre, & quæ facies hostes decipere, & is, quæ temporis maxime idonea sunt, uti, quibus hostes ipsos superare possis.

123 Cum victoria, & offensio in incerto ponantur, optimus & prudentissimus Imp. habendus est, qui in bello, & omnibus hostium aggressionibus, ea, quæ ad offensionem belli, & adversos casus spectant, præparat, & quasi ea imminerent, omnia in promptu habet. Nam si quid adversum contingat, ad illud jam paratus, meditatuseque est.

124 Cautus Imperator non modò, quæ verissimè accidere possunt, sed etiam quæ præter opinionem incidunt, prospicienda, & propulsanda iudicat.

125 Si quis ex prædictis tuis in rebus majoribus, & gravioribus sæpius hallucinatus fuerit, illi ne minimarum quidem rerum administrationem tuto committes.

126 Tales diliges praefectos, qui subiectis suis praestantiores sint. Solet enim subditorum vulgus semper se ad magistratum suorum mores accommodare: vetus enim verbum ita verum fiet, non cervos leonibus imperare, sed leones cervis.

127 Robustum efficies exercitum, si omne intermissionis belli tempus ad exercitacionem, & laborem militare affuefacias: nam belli tum tempore non studium, sed peritiam, & scientiam militarem demonstrabunt.

128 Dum cubitum is, rerum necessariorum cogitatio animum tuum subeat. Neque prius in somnum te tradas, quam repeteris animo, quid sis, quod faciendum sit, & a te tamen praeremissum est: aut quid crastino die agendum sit, & hoc diligenter facias.

129 Contemptui habebis, si cuius promittenti fidem habueris, & furdo deterior esse putaberis. Sin expendas, atque exquiras, quae proponuntur, viliis unusquisque, ac plebejus vir tuam prudentiam, ac solertiam veritus, nihil ad dolium loqui audebit: sed & animi tui constantiam subiecti tui admirabuntur.

130 Bellicae incursiones, quae iudicio susceptae sunt, bonos exitus habere solent. Temerarii autem, & praecipites Imperatores, quemadmodum experientia ipsa indicat, magnas saepe offensiones habent.

131 Si consilia tua clam hostes tuos esse volueris, ne familiaribus quidem multis ea communicabis. Aegre enim occultatur, quod multorum hominum labiis custodiendum creditur.

132 Uniuscuiusque affectum, motumque animi ignoscas, & ad quid unusquisque maxime idoneus sit, ut unumquemque ordine instruere possis: horum enim ignorantia confusas, atque inaequales facit acies.

133 Imperator bonus, ac similis malus, exemplum subiectis suis rerum gerendarum est. Te igitur cohortatur, ut militibus tuis bonum te exemplum praebes, tum ad optima te affuefacias, tum quae facienda sunt suscipiens, & is rebus abstinentis, a quibus miles tui omnes abstinere debent.

134 Nobilis res, atque in primis utilis, militaris est scientia: nam sine bello facile hostes vincit. Hanc igitur omni studio cognoscere oportet. Huius disciplina multae aggressiones C hostium suscipienda sunt. Ubi vero haec nihil efficere amplius potest, tum labore corporis, ac dimicatione periclitandum est, & cum hostibus decertandum.

135 Non modo scientia Imperatoria, sed etiam actionibus illius, roboreque corporis florere Imperator debet. Veteri enim consuetudine, qui Imperatores futuri fuerant, non modo genus deubant ad illis gentibus, & familiis, quae strenuitate, & rebus in bello gestis clarae essent, sed omnia alia, atque adeo nomen ipsum victoriae omen habebant.

136 Consilium perutile tibi marabo, quod olim legeram. Si quando, cum hostibus tibi res fuerit longe numero pluribus, neque cum illis propter multitudinem contendere audeas, sed securae discedere vis, observa, si fluvius aliquis vicinus sit, hunc tu alio transferens in hostes derivabis, per eum campum tui consiliatio futura est, atque adeo bellum omne irritum facies.

137 Facile reprimet hostium consilium Imperator, si & ipse tum terra tum mari habeat suo imperio obediens quosdam: & hostes, qui in continente habitant, insulas quasdam, aut maritima quaedam loca oppugnare se velle dicant. Si enim pererebatur te velle illos in continente terra oppugnare, perterreficet eos, & reprimet a navali classe instituenda.

138 Pium admodum, religiosumque est, communibus in negotiis privatam inimicitiarum recordacionem deponere, neque propter privatam aliquam malevolentiam, rem communem impedire. Sed in Republica procuranda omnia humilium abicienda sunt, tum quoad personas, tum quo ad res pertinet, & in solum id, quod utile est, inveniendum, atque id agendum est: hoc enim saepe neglectum, per magnas offensiones attulit.

139 Ubi opus fuerit, si artificio utaris, magnum adjumentum ex eo habebis. Si enim solertia aliqua, quae futura sunt providens, maxime autem ex solyderum ortu, haecque praedixit, bonum omen vobis portendere, in rebus vestris agendis magnopere milites animabuntur, quasi de caelo bonum aliquod illis portenderetur: quod illi approbantes, animosiores adversum hostes, ferocioresque erunt.

140 Pedites tuos armatos, & adversum hostium equitatum in pleno, campetricque loco instructos, ne permittas, quamquam magnas perturbaciones sustineant, aciem deserentes fugere: quamdiu enim permanent, aliqua victoriae spes est:

ubi auferint, nullus salutaris locus reliquus est, dissipatis iam pedibus, & equibus insequentibus.

141 Quemadmodum vita iucunda expendenda est, sic bellica pericula lubentes a militibus suscipienda sunt: ea enim tranquillam, suavemque vitam asserunt. Tum enim felices belli exitus sperantur, quando patientes, ac tolerantes laborum sunt: haec enim nobis iucundam vitam, pacemque, suppeditant.

142 Minore cum labore castra, locaque hostium incuriosibus terra populaberis, si milites tuos in locis illorum locorum similes, ut sint, apparaveris. Mari autem, si naves praecellentes faciens, vel naves hostium compares, vel alias naves persimiles facias, & in his milites tuos imponas, & ad terram hostium cum illis navigaveris. Ita fiet, ut ad eas quasi ad sociales naves hostes accedant, & facilius capiuntur.

143 Materiam tibi nunc, & quasi sylvam praecceptorum ostendam, quibus accuratè omnia circa te generantur. Accurata erit nocturna custodia, & excubiae, quae fossatum defendunt, si dixeris, velle te certis, & diversis temporibus faces accendere in excessu quodam, & constituto loco, ut custodes ad unamquamque faciem tuam contra suas faces sustollant, & demontrent: ita enim fiet, ut tempus, quo faciem ostenturos es, ignorantis, & affiduè expectantes, vigilent, & diligenter excubias suas observent. Sin quidam tardent, statim deprehendantur.

144 Desperatorum hominum pugnas devitare, prudentis Imperatoris est. Desperatio enim, necessitate quadam impellente, audacissimos, fortissimosque milites facit. Desperatio autem est, quando quis salutaris locum nullum inveniens, in hostem ruit, & vel vincere cogit, vel mori. Si castra posterius contra hostes, & ventus illorum castra versus spirat, incendianda segetes agrorum sunt, ut flamma ad illos perlatam in fugam coniciantur. Quando in regionem hostium incuriosum facturus sis, circa lumen infidas diversas in locis colloca-to: ita enim diversis locis in illos irruens, vehementius conturbabis, & dispersos eos facilius capies. Hoc praeter tibi praecipendum est, ut iustitiam inopinatis incuriosibus tribulos ferreos noctu circum conicies, & pedes tui lineas focas vice coram calcatorum habeant. Ita fiet, ut si qui ex hostibus pedites, aut equites reiicere tribulos voluerint, facile prohibeantur, & pedites tui officium suum faciant.

145 Praeciosa res est temerantia tum Imperatoris, tum exercitus: superflua contra periculum, & caedam, captivarium passilimum. Huius rei testimonium dat Phineas factum, quod in Madianitidem, & Zambre suscepit: unus enim fecerunt captivae consuetudine victorem exercitum penè delevisset, nisi stetit Phineas, & utrumque peccatorum transfodisset, & illorum morte Deum placasset. Itaque cessavit plaga, & habitum est ei ad iustitiam.

146 Alacritatem ad pugnam militibus attuleris, si ipso belli die manè confurgens, infomnum quoddam divinitus tibi immisissum esse dicas, quod te ad invadendos hostes incitet, & auxilium quoddam ad pugnandum tibi monstrat.

147 Pecunia saepe, sine proelio, victoriam de hostibus reportabis. Ubi alii hostes illi imminant, eos pecunia tua adduces, ut bellum illi inferant: vel enim se mutuo vastabunt, vel altera pars superiores habebit, proelio cum altera dimicans, & multos tamen ex suis amittet. Utrique igitur sic immunitis, tu omnium malorum vacuus, illis fortis, robustiorque eris.

148 Si qui aciem tuam tempore proeli pertrumperint, illi transiunt illis liberum dato, & ubi transierint, a tergo illos quasi fugitivos adorantis, & facile capies eos.

149 Ut nullus tuum exercitum tuum per vadat per eos, qui aciem deserunt, celeriter illos ex acie tua amoveas, atque ad alios usus transferas.

150 Robur Imperator, manus in proelio conferentis nihil, aut parum adjuvat, nisi ubi exercitum relanqueferentem celeritate iterum, & societate periculorum animare studerit. Si in proelio cadat, magna incommoda universi exercitus afferuntur. Consilia autem, & facta Imperatoria, si importunè adhibeantur, maxima praesidia universi exercitus apportant.

151 Magnum numerum, & multitudinem militum praeferes, si quando tibi hoc commodum videbitur, iumentis, asinis, & bobus vehantur quidam equites: nam hoc in loco perutile est.

152 Vehementer amodum hostium aciem perturbabis, si copias tuas primo pedetentim cum ordinis quadam conversatione progredi facias: ubi vero intra sagitta iactum fueris, cum curru, & celeritate ad illos contendas. Ita fiet, ut ab hostium telis, & sagittis non laedaris, & securè irruptione facta cum hostibus configas.

153 Prudentis hoc est Imperatoris, si quando, quod saepe A fit, tonitru magnum fiat, & copiae ad eus auditum expavescant, quasi malum omen sit, contra afferre, hostium causa hoc fieri, quos Deus a tonitru faciens, nos iubet bono animo in illos impetum facere.

154 Hostes in contemptum adduces, si populares illorum, quin ditioe tua sunt, cum in gymnasiis luctantur, inferiores, tuos autem strenuiores effeceris.

155 Ubi occultare a ceteris volueris eos, qui ex tuis proelio interfecti sunt, quamvis hoc post bellum exitum fiat, ne permittas contubernia simul cibum capere, sed sparsim, & fortuito, quemadmodum casus tulerit: itaque non in timorem aliquem cadent, sed animo strenuo, fortique erunt.

156 Hostium Imper, quasi caput viperæ est in exercitu tuo. Omnem igitur diligentiam adhibebis, ut vel multitudinem armatorum in illum solium omni impetu ruente, vel telis omnium in eum quasi in scopum iactis, aut alio quopiam conatu, molitioneque tua cadat, & medio tollatur. Nam si caput viperæ semel comminatur, reliquum corpus inane, atque inutile est.

157 BELLi tempore familiares, amicos, & cognatos, propè B inter te collocahis: amor enim mutuos illos ad pericula subcunda animat, & ad res bene gerendas incitat. Suspicionem sui mutui in hostium aciem inimicos, si nobilissimum, & praefantissimum virorum agris incolentes esse permittas, ceteris finitimis locis populabis.

158 EXERCITUS tibi idoneus, quisque sit: qui autem ibi ad bellum idonei non sunt, illi ad servitium, ad multitudinem augendam, ubi usus fuerit, afficiendi sunt, vel jam imminuto exercitu ad integrum numerum explendum recipiendi sunt, ut ad oppugnandos hostes valent. Vetus enim verbum est, ubi Leonna pellis non sufficit, affluenda vulpina est.

159 Si contingat tibi, ubi jam in hostium regione es, testem aliquam scribere, in tabellis sine cera quodcumque volueris exarato, deinde cera quod scripsisti tegito, in cera quidvis fortuitum scribis, in quo nulla suspicio esse possit: ita testem tuum occulte, quo velis, mites.

160 CONSILIUM quis proditoris instituens, ubi cognoscere rem intelligit, & se manifesto teneri, consilia hostium sui indicat, & quemadmodum vitanda sunt consulit? hostes contra huius infidas ostendunt, facta autem infidis contraria demonstrant, cui credes magis? Illi ceteri, qui proditor sunt, & indicavit, potius quam sermoni hostium: hic enim quamvis proditor sit, popularis tamen est, & eiusdem nationis, & pecuniam corruptus fuit, quas vel omnino non accepit, vel ubi accepit, iterum rejecit: illi autem natura inimici, & omnino alieni ab illis sunt.

161 TIMIDITAS militum ex pallore, & tarditate cognoscitur. Tales igitur occulte ab exercitu separa, & aliquo amanda, ut illinc reportent, quae oblivione relicta sunt: hoc ubi feceris, reliquos milites cohortaberis, ut jam ignavis mancipiis illis aliquid ablegatis, illi strenuè se gerant, & premia digna strenuitatis reportent.

162 TIMIDITATIS militum tuorum argumenta alia tibi monstrabo. Universo exercitu tuo unum in locum coacto, si tuba personeris, quasi hostes imminant, in media hac turba timidi statim fugient, strenui se in acie instruent.

163 Si cum imperitiam ad pugnam hostibus tibi dimicatio est, ipse miles habens exercitatus, ne statim subito illos adorantis, sed observandum tempus ad conflegendum est, atque designandi hostes sunt, qui parum laboribus affuefacti erant. Sin exercitatus hostes fuerint, tui autem milites D belli imperiti, subito, & sine deliberatione conflegendum cum hostibus est: impetus enim illorum ut pugnandum strenuos eos reddet.

164 OPINIO quadam tua in aliquo loco permanens hostibus affereat, si discesseris decipias hostes quasi maneres. Arbores caedes, vel si tibi arbores non sunt, alia quadam ligna collocahis, illisque leuta quasi armatis viris aptabis.

Hic desunt aliqua verba. Ita fiet, ut vitorum tuorum salutem antiquiore armis habens temporibus necessaris sic evadere possis.

165 Omnem rem, quam susceperis, non sine iusta causa incipere oportet: sed belli causam iustam semper esse oportet, neque iustam solum, sed etiam prudentem susceperam. Tum enim propitius Deus magno praesidio in bello eris, & homines alacriores erunt, qui iustam causam defendunt, cum sciant se iniurie auctores non esse, et in iustis homines ulcisci.

166 Si iuste bellum inceperis, exercitum tuum accurate instrues, & copias tuas, quam tutissime poteris educes, & alii. B. Theat. vir. Human. Tom. V.

quid de victoria melius sperare poteris quemadmodum gubernator a portu solvens omnia, quae facta opus sunt, cum praestat, universum navigationis suae exitum Deo commendat.

167 Hanc legem tibi ipsi praescribas, ut in motus tui bellum mutearis, atque adeo bellum inchoes. Turpe enim, & indecorum est bellum initio movere, deinde rursum domum exercitum te infecta statim reducere: unusquisque enim temeritatem tuam irridebit. Hostes inconsideratam simplicitatem tuam contemnent, non quasi nolles, sed quasi non posses cum decore, & prudentia res tuas tractare.

168 Quando copias tuas ad bellum educiturus es, oportet libera, & soluta a peccato esse, & pia, iustaque mente Deum colore, atque adeo ad bellum procedere.

169 Cum omni aciei apparatu, ordine, bellica scientia, iter faciat exercitus tuus, quamquam nondum cum hostibus conflicturus, sed solum iter ingressurus, & multorum dierum viam confecturus es, si in tua, si in hostili terra fueris: ita enim affluet exercitus in acie manere, & locum suum conservare, & praefectos suos sequi: & ad omnes nec opinatis incursionibus hostium paratus esse.

170 Tutius iter faciet exercitus tuus, si paucis quibusdam praemissis via explorentur, aut per eos, quos Romani mensuratos, & antecessores vocant, indagentur.

171 Si exercitum tuum ad labore affuefacias, paratos, & obediens eos tibi semper habebis, & aciem servantes, & corpore robustos. Ocium enim languida, & infirma facit corpora, timidas, effeminateque mentes reddit: exercitatu autem, & labores corpora strenua, ac robusta, mentes viriles, atque alacres faciunt. Ante tempus igitur omnia ad res agendas idonea praeparantur, ut necessitas temporibus omnia in promptu sint.

172 AUDACES saepe milites perisse novimus, quia praefectis suis minus obediens fuerint. Quare qui milites sine tuo, aut praefectorum suorum imperio, vel ad praedandum exeunt, vel aciem suam, in qua sunt, transgredi audent, flagitis coercerantur, & puniantur abs te, quasi suae ipsorum cladis auctores esse vellent.

173 PRUDENS is Imperator est, qui omnia consilia, factaque Imperatoria, quae hostes moluntur, declinat. Haec cognoscet ex iis, quae ipse adversus hostes conatur, quae enim se oportere adversus hostes facere, cogitat, haec provident diligenter, ne ab hostibus patiat. Experientiae enim singulorum adversus alios intentata, aliorum hominum ingenia ad contraria illis excogitanda incitat.

174 Si quid clam hostes facere volueris, vel castra movere, vel aliquid aliud gerere, nulli hoc consilium nisi uni alicui ex praefectis credas: talibus enim temporibus permulsi sunt, qui remunerandi cupiditate consilia tua hostibus proditura sunt.

175 NULLUM mihi infomnum videtur esse firmum, persuadendi tamen milites sunt, ut tuis credant infomniis, quae aliquam victoriae spem, aut opinionem afferre possunt: videbunt enim quasi oracula a Deo immissa militum animos in hostes impellere, & fortitudinem corporis alacritate rerum gerendarum exacnere.

176 HOSTIUM conatus inficere persequi, lubricum valde, & periculosum est: saepe enim hostes dedita opera multa conantur, vel ut insidiis, vel ut reversionibus, in tuos confusos, dissipatosque irruant, & vehementer admodum te laedant. Ubi igitur fugientes hostes insequeris, ne dissolvas aciem, donec perfecte cognoveris hostes de salute tua penitus desperare.

177 MILITUM animos demissos, & in timorem prolapsos, prudentis Imperator suo aspectu hilarabit, & vultu lato, verbis etiam suavis illorum animos leniet, ut militum animi ad Imperatoris audaciam excitentur. Una aciem bellicae forma non est, sed multa, & diversae, pro varietate armorum, militum, hostium, locorum, temporum. Horum differentias ex iis rebus optime cognosces. Non enim quemadmodum volueris: sed quemadmodum necessitas postulaverit, aciem instrues, atque armabis tum ante, tum retro, tum ad latas, & quemadmodum visus tulerit, sic omnia vel constitues, vel commutabis.

178 Ubi pedestrem aciem instruxeris, vel gravium, qui scutati sunt, vel levium, cuius generis sagittarii, & funditores sunt, & hostes, qui ex adverso pugnant, vel fundis, vel arcibus tela coicunt, vel scutis majoribus quadratis, & oblongis, qui thyreni sunt, aut minoribus, seiplos & capita tegant, & qualiter instruent, ita fit ut nihil mali accipiant, quocumque in illos rela concituntur. Exercitu hostium lunato, id est, ad semicirculi speciei instructo (nam haec forma tuta, & firma videtur esse, & ho-

ites hinc, atque illinc cornua extendens in mediam aciei quasi  
 A C. litere cavitate exicipiens circumcludit, & milites vehementius, ac robrius ad pugnandum cum illis incitat) si adversus eum copias tuas appaveris, in tres partes aciem tuam divides; & duas partes adversum duo cornua hostium collocabis: mediam partem non adversam cavitate hostium instrues, sed ad subsidium duarum partium pugnantium constitues. Itaque illorum lunatus exercitus irruerit, vel hostis cogerit aciei formam commutare. Sin tu discessum & fugam medie partis simulaveris, & hostes ad te insequendum provocaveris, non modo acies illorum disolvetur, sed etiam confusæ tuam insequetur. Itaque instructus exercitus tuus revocione quadam subita, & conferta illos adiciens, insequentem te in fugam coniciet.

179 **INSIDIE** omnes vehementiores habent impetus quam cæteræ incursionibus: ex tamen, quæ à tergo sunt, longè vehementissima. Nam hujusmodi insidias aliquando si comparaveris, longè meliores, efficacioresque videbis esse iis, quæ à latere sunt.

B 180 **MANDATA, PRÆCEPTA, TESSERÆ**, ac alia hujus generis, per præfectos tuos, & non per te tradenda militibus sunt. Per te enim hoc velle facere, imperii hominis, atque admodum inficiti esset: nam & tempus multum in precipiendo consumetur, & magnus tumultus erit militum te mutuo interrogantium, & fortassis in commemorandis illis aliquid incedum aliud adiciet, aliud detrahet.

181 **BONI IMPERATORIS**, & admiratione digni est, posse potius celeriter aliqua necessitate premere, quid maxime opus facto sit, deliberare, quam ante necessitatem contingentem de ea deliberare. Neque enim deliberare ante potest quis de omnibus, quæ belli imminens casus asserere solet.

182 Quando in acie, sole contrà lucente, cum hostibus confliçurus es, priusquam prælium committatur, jubet milites sursum arma, nudos gladios, ferrata scuta, & illustria, & hastarum culspides tollere: hæc enim si admodum fulgeant, in aliquam perturbationem hostes coniciunt. Quando verò jam manus conferturus es, magno cum clamore vocis, & armorum contra hostes contendant, itaque prælium cum hostibus incant.

C 183 Multitudine equitum hostibus si inferior fueris, aspera loca, & angusta elige, per quæ loca hostium equi copias vestras persequi nequeant: hoc enim in adversos casus intruendo, considerare diligenter oportebit, quod prudens Imperatoris maxime proprium est.

184 Magis utile potest esse, ut acies in prælio stet, & periclitetur, quam ut fugiat & exagitetur. Nam dum stat, ei victoria potius speranda est: dum terga vertit, ne spes quidem ulla reliqua esse potest.

185 Deo tibi victoriam largiente, hostium spoliis, sive equi, sive arma sint, aut alia ejus generis, milites munerandi sunt, & conviviis, epulisque accipiendi: ilque qui strenuè se gesserunt, pro dignitate sua provchendi, & donis honorandi sunt: timidi autem, & ignavi, & aciem deserentes, vel gravi poena coercendi, vel summa cum ignominia repellendi, atque adeo fractos animo, atque debilitatos eriges, & exciabis, fortes autem, & strenuos ad subeunda pericula animabis.

186 Quando de hostibus trophæum collocas, ex legibus nostris spolia ad hunc modum distribues. Quintam partem D pro communi ærario separabis: reliquæ quatuor partes inter præfectos, & subiectos, quoniam æquales labores in bello ceperunt, ex æquo dividantur. Quod si quidam ex præfectis aut præstitibus, aut aliis quis ex militibus strenuè præter cæteros se gesserit in prælio, tum ex hac parte, quæ communis ærario tribuitur, securè illi aliquod munus defer quod justum tibi, æquumque videbitur. Similem etiam qui ad impedimenta custodienda separati sunt portionem habeant ac illi, qui in reliqua militia fuerunt.

187 Exercitus ex equitatu, & pediatu missus, corpori similis est, qui manuum vice habet leves, id est, sagittarios, jaculatores, & funditores: Pedum instar, equites. Capitis autem te, qui præcipuus ex omnibus es. Reliquorum membrorum instar, graves, id est, scutatos, qui integram armorum curam gerant. Itaque tu quasi caput, magnam curam habere debes tum tui ipsius, tum totius ærari corporis: illique similiter tum tui, tum superiorum quoque curam gerant.

188 Utile autem hoc in primis in bello est, si exercitum magnum certis de causis minorem videri cupis, ut conturbantia inter te jungas, & in unam Camardam, quam vocant, duo

conturbantia conferas, & arma propè inter se ponijubeas. Quando parvum habes exercitum, unum contubernium E in duo divides, aut etiam plura, si ita usus ferat, atque adeo major numerus esse videberis, ut ne propter paucitatem contempni hostibus sis. Celeriter autem ab uno loco in alium castra movebis, ut hostium vim ita cognoscens, cum illis prælio dimices.

189 **FIDIS**, & simulatis irruptionibus milites affuefacti, facilius, & strenuus veras hostibus: ut, præfidi parte altera contra alteram debita à nobis opera constituta, aut prodicione, insidijs, clamoribus, strepitu, transugis, incurfionibus, & alijs hujusmodi simulatis, & fidsis exercitati, à veris certaminibus, si quando incidant, non abhorrebunt.

190 Navalis classis hoc memorabile consilium putari debet. Quando ad loca arenosa, & minime portuosa classem tuam navalis prælii tempore applicaturus es, faccos multos arena complexis, & funibus eos, quos satis esse videbuntur, ut unaquaque tritemi propendere facies, quasi ferreæ anchoræ essent, & ubi hunc quæsi transitum tibi confeceris, ex eo loco noctu progressus, constitutam incurfionem facere poteris.

191 **Loca sicca**, atque arida transitaris, aquam quamquam potes tecum perferre: noctuque à vespera ad mane iter facito: diem autem totum famno, requietique dato: ita fit, ut minus luxuria sitant, & satis idonea tibi aque copia sit.

192 Auspicijs exercitus olim, cæterisque hujusmodi divinationibus animus, & fides adhibebat: servante autem quodam, milites statim dimisso animo erant, quasi malo omnino quodam inficit. Quod Imperator animadvertens, Minime mirum inquit, est, si ex tot circumstantiis unus servaret. Hoc dictum cum ritu omnino exceperunt. Risus autem vidorie signum est. Itaque prudens Imperator hoc omen convertens, militum animos magnopere excita vit.

193 Vide num quo die anni, aut mensis victoriam aliquam reportasti, & eodem die iterum, si ita usus ferat, bellum suscipias, ut alacrior milites sint, & meliore cum spe prælium incant, & putent Deo propitio hostes eodem die se in fugam iterum versuros. Et de loco, in quo quis vicit, similiter statuendum est.

194 Nihil te quod nunc dico perturbet. Verus, & strenuus Imperator cognoscitur, quando non quod in rem suam est G querit, sed quod ex usu publico militum est illud spectat: nam cum salute publica suam quoque salutem procurat. Ubi enim pastor gregi suo diligenter prospicit, is compendium ex eo habet: sin gregem negligit, non modo verus pastor non habebitur, sed grege neglecto damnum sibi ipse accersit.

195 Si hostibus classis fuerit, tum cum copis tuis in fructus lunatam classem apparcas, ut paululum retrocedere in medio videaris: id enim non omnino ad fugiendum, sed post fugam ad pugnandum potius valet, & paratas habebis naves, ut rursus proratis, si id necessitas postulet, illos invadas. Neque enim audebunt in civitate loci ingredi, nimirum id timebunt, ne circumcludentur ab hostibus.

196 **Victoria tibi à Deo concessa**, ne statim turbulenti, & confusæ illos insequaris, sed iter insequendum ne conversi te rursus adorianur, providebis. Nam effusa, & interemptans insectatio opportunos ad offensionem facit eos, qui insequuntur.

197 **Circumspectè loca angusta transibis.** Quod si ab hostibus discesseris, robustos, ac strenuos milites à tergo in extremo agmine, quam *ipso* vocant, collocabis, ut incurfantes hostes possint repellere: & nemo in anteriorem partem fugiat, ubi tu instructus eris. Itaque utrinque exercitus firmus, ac munitus erit.

198 **Ut robur exercitui inferas**, præcipe, ut si hostes cum clamore contra tuos veniant, tui statim cum silentio, & taciturnitate præcedant: sin illi silentes, ac taciti ambulaverint, tum clamore, ac stridore armorum tui illos invadant.

199 **Ubi armatura eges**, iis divitibus, non qui in prælio sunt, sed qui à prælio absunt, præcipe, ut si nolint ad arma venire, virum pro lege, equumque mittant: ita quidem fit, ut pauperes strenui armetur, divites ignavi ex æquo, ac cæteri, qui in bello sunt, bello inserviant.

200 **Mixtum ex pedibus, & equitibus si exercitum habeas**, leves equis per sepe vehi jubebis, ut oportunit in locis agiles, atque expediti de equis desilientes, excelsa, atque loca anticipent, & fundis, sagittis, reliquisque armis utantur, ut ad omnem hostium occursum parati sint.

201 **Si quis qui strenuè se in exercitu gessit**, aliquid abs te contendant, vel de salute sua, vel amici, vel cognati, ne difficilis in perne-

pernegando sis, sed pro rebus illius gestis, hoc illi de salute amici aut sua condones: nam & pium factum hoc erit, & alios talis remunerationis spe ad res bene gerendas excitabis.

202 **Boni præfecti indicium**, & magna virtutis significatio est, si subiecti milites voluntario animo illi obtemperent, & si labores sponte sua subierint, & in illis duraverint. Nam qui necessitate, & vi subiciuntur, qui indignè se, ac contra quam præfectum par est gerunt, illi indolentes, non amici, per se, non periclitantes, exillamari debent.

203 **IMPERATORI bono nulla studia ita laudanda**, ac provehenda sunt, ut agricultura, & militia: altera, quæ republicam, & milites alit: altera, quæ rempublicam defendit, & agricolas laborantes conservat. Itaque tanto magis hæc cæteris sunt artibus proponenda, quanto illæ interdum supervacaneæ esse cernuntur: hæc semper salutares sunt, & necessaria.

204 **Ut suspiciendus, & honoratus ab omnibus habeare**, communem utilitatem rei privatæ, quemadmodum supra præcepimus, antepone. Bonus enim Imperator est, non qui bene suam ipsius vitam degit, sed qui subiectis suis autor salutis est. Imperator enim non ideo à nobis deligitur, ut sibi soli provideat, sed ut cæteri, qui sub imperio ejus sunt, melius vitam traducant. Nam ideo ad militiam eunt omnes, ut sibi B melius sit: & Imperatori ideo obediunt, ut ad salutem viam illi muniant. Exercitus universi labes est, immodestia, & luxuria deditus Imperator. Modesta enim, & ordinis cum temperantia conversatio, militibus in primis utilis est. Nihil enim ad vitam cultum in bello aliud ascendendum est, quam quod necessarium est: luxum autem neque bellum, neque quæ sobria admittit. Quid enim cause est, cur non turpissimum sit virum ex æquo cauponari? Omne enim robur illius corrumpitur, & damnum non mediocre inferitur. Itaque præfectos omnino industrios viros esse oportet, juste imperantes, & in re militari potissimum. Subitum enim tempus, & subitæ res in bello gestæ esse solent: idque præcipue in navali prælio cernitur, quia navibus tota dimicatio transigenda est.

205 **Si bellum tibi cum exercitu futurum est à multis regionibus collecto**, ne prælioleris donec in unum locum congregentur, sed dispersi adhuc abstre, vel sua in regione, vel aliis in locis antequam simul cogantur, adoriendi sunt. Nunquid adeo cum ex Ægypto, Syria, Cæcilia, barbari adversus Romanas copias se instruat, navali classe, ac navarchis Cyrus occupanda, & priusquam barbarica classis in unum coeat, satis C justa & commoda classe nostra eam dispersa adhuc invadenda est: ut priusquam in regione sua exeat, classis illorum, si fieri potest, incendenda est.

206 **Exercitus tui universi corporis quasi medicum te arbitror esse**: itaque qualis cause morborum ab exercitu per te abigenda sunt, oecium, luxus, sumptus, intemperantia, divinationes, auspicia, auguria, insomnia, quæ omnia abs te vere pietatis cultore contemnenda sunt, nisi ad victorie simulationem interdum illis abutaris. Neque enim par est ut ad victorie salutis spem ejusmodi signa imperatores querant, sed cautione, provisioneque sua ad omnes res suscipiendas, quantum possunt utantur. Sed & lucri cupiditas eicienda quantum potest, ex exercitu est: multa enim per hanc cupiditatem detrimenta in militia importari, tum ex antiquis, cum recentioribus scriptoribus cognovimus. Divinationibus autem, & insomniis quidam ferri, decepti sunt, & ad salutem suam miserè prodiderunt.

207 **Liberos tuos, & nobilitum virorum, militumque filios tecum in expeditione habeas**: hoc enim illos longe prudentiores reddet, cognitionem simul, & experientiam rei militaris, atque imperatoris habeant. Ludus enim necessarius, disciplina necessestia bellum est. Itaque florens jam ætate, amicorum familiarium tuorum liberos quasi generos, catulos tecum in expeditione habeas, ut discant tolerare laborem, audaciores esse, cadaveris mortuorum tangere, plagas videre, & clamores bellicos perferre, & initio prælii bellico tumultu interesse, ut ad omnia negotia bellica ab incunte ætate affuefacti strenui esse discant. Fortem, ac prudentem imperatorem te indicantur, & in rebus gerendis firmis animi, atque constantia. Hæc enim strenui ducis, ac nobilis sunt, ut & filii tui benevolentique adjuutores, & omnibus in rebus voluntarios defensores habeas.

208 **Quoniam venator bonus lupus, & vulpes artificio venatur, sic & tu hostium speculatores solertia capies.** Si enim

extra vallum tuum custodias locaveris, deinde juleris, ut unumquemque ignotum teneant, & interrogent, neque dimittant priusquam præfidi nomen, & contubernium, unde sit, & testem ejus contubernii commemoraverit, & eos, qui hæc facere nequiverint, exploraveris, quinam sint, facile speculatores illorum invenies.

209 **IMPERATOR**, qui eloquentiam cum prudentia conjunxerit, quid in exercitu præstare non potest? Majora enim læpida cohoratione elicitet, quam viribus suis, & plus verbis quam robore milites ad strenuitatem incitabit, idque maxime, si persuadeat cum hostibus sibi rem esse, qui ex carne, & sanguine, quemadmodum cæteri homines, constituti sint, quique omnia humana facile pati possunt.

210 **Utile tibi comprimis erit imperator**, uti manus conferunt cum hostibus milites tui, prætergrediendo milites iis veribus appellare: Semel tantum conillge cum hoste confilge, & vince: nusquam item similiter semel: Iterum cum hoste confilge, & vince: nusquam item obsequitando hoc faciat. Itaque magnum momentum ad victoriam afferes, si alacrior, & affiducius hos tres impetus milites faciant, & hostes animosè invadant. Hoc abs te faciendum est, quando primum bellum ingressum Deo propitio bene vides procedere.

211 **Ut vero propter multarum rerum memoriam ab hostibus in admiratione habearis, & propterea ab illis timearis**, si ad te legati missi fuerint, interrogabis eos, nunquid ante legationem usi fuerint, & quibus de causis, quibus cum hominibus, quo loco, quo tempore. Legationem item propolita providendum animo est, non quæ similis fuerit, vel apud te, vel aliam quamvis nationem, ut interrogatibus, & sermone tuo videaris multarum rerum memot, & peritus esse.

212 **Ad quæ loca, vel civitates classem emissurus es**, nemini indicare oportet, sed occultanda loca, occultanda animo civitates sunt, ut nemo de classis itinere quicquam præfentiat. Mandatum autem quoddam literis scriberis, quod ubi scriptum fuerit, obsequabis, & Navarcho trades, præcipueque illi, ut ubi mare ingressus fuerit, sigillum aperiat, & cognoscat, quod iturus sit. Ita clam ad hostem, quod volueris, pervenies.

213 **Leges militares, atque imperatoris si custodiant, victores duces honoratos, & memorabiles facit, & Regibus latitiam, oblectationemque afferunt, & ad deditonem, pacemque hostes cogunt, & ab omnibus perturbationibus subiectos nostros liberant, immò vero multorum bonorum, atque salutarium cause sunt, & Dei erga illos benevolentiam augent, & G ad laudandum Deum omnes homines pios impellunt. Has igitur leges quasi maximas, omnium bonorum secundum Deum conferatrices, & communis salutis propicientissimas omni diligentia, atque observantia coles, & ante omnia divinas leges, verasque illius præcepta, quibus pietas continetur, summo studio, & perpetuo sequaris: ita enim optimum imperium tui, & Deo universitatis Regi, Dominoque nostro Jesu Christo, & nobis qui per illum regnamus, complacitur eris.**

**RECAPITULATIO SUPRADICTORUM.**  
 1 **Si igitur omnia quam brevissimè à nobis conclusa summam repetamus**, hoc in primis Dignitati tuæ præcipimus, ut qua de causa Imperator es, quantum potes efficias, ut omnes qui sub imperio tuo sunt, vitam quam maxime tranquillam, & securam degant. Ac primum, quicquid didicimus, facturum esse, à Deo principium habeant, nihilque sine illius commemoratione, ac deprecatione agatur. Cur enim non principium omnium rerum agendarum à Deo capiendum sit, cum Deus pater noster factor, & inspector ditorum, factorumque omnium, iudex cogitationum omnium, notionumque cordis, nullaque creatura abditæ coram eo sit, fed omnia nudata, & explicata ante oculos ejus sint, quemadmodum divinissimus Paulus loquitur? Itaque præter sententiam ejus nihil à nobis agendum est. Cognatio enim quædam nobis cum illo est, talique affectus qualis erga patrem esse debet: nam illius munere in lucem, aspectumque venimus, pro illo & vivere, & mori debemus, benignitate illius alimur, in ipso vivimus, movemur, & sumus, tantum illi obediunt, quantum subiecti præfecto, servi Domino, magistratus Regi: omnes illius amicus, qui omnium habet imperium: nobis per illum omnia subiecta sunt, tum animata, tum inanimata, nos vero illum colimus: universa bestiarum natura à nobis gubernatur, nos vero ab illo pacificum principem pastorum, qui nostra causa nostram naturam indunt. Nemo autem, qui mente depravata, perditaque non est, Deum esse negare potest.

2 **Omnia Dei plena sunt, qui est, quæ non sunt, eduxit, ut cissent,**

essent, qui omnia complect, omnia agit, omnia providet, & administrat. Opera manuum ejus, quae ab illo facta sunt, caelum, & quae in caelo continentur, terra, & quae in terra continentur, mare, & quae in mari continentur, veritatem factoris indicant, & certa testimonia dant divinae erga nos benevolentiae, & prudentiae. Ipse Reges designat: dicit enim: per me reges regnant. Imperatores ab eo eliguntur, qui omnis potestatis, atque imperii autor est. Itaque nemo imperium, aut magistratum in se recipiat, priusquam praee, & supplicatione seipsum quasi Deo consecraverit, & illius providentiae voluntatem suam subjecerit. Quae igitur ad Dei cultum pertinent, in primis observanda, & constituenda sunt, ut qui spiritus est, in spiritu, & veritate ab omnibus colatur: & quae fidei vitaeque praeepta reliquit, ea precibus impetremus, ut faciamus, quae divinis literis imperat, ut agamus, & fide illum, amore, ac dilectione omnium in Christo Jesu renatorum, ad Christum perfectionem Legis aspiremus, ut per illum, in quo omnia Deo complicata sunt, nos quoque Deo placeamus, & iustitiam erga omnes, etiam inimicos, ac iustitiamque tenemus.

3 Religio in Deum non modo cognita, veritatem culta, & honoribus Regi secundum Deum delatis, qui gladium a Deo sibi commendatum non temere gerat. Deinde sacerdotibus Dei, qui quantum in se est, pacem debent gregem Christi, aliqua in veneratione habitis, atque ad divinis fidei legibus summa observantia, omnique animi indagatione ab omnibus observatis, Regias leges minime transgrediamini, ut iustitia, & iudicium in medio terrae nostrae fiat.

4 Militarem laborem, & arma bellica sic accubis, non ut injuriam alicui inferas, aut iniustum bellum moveas, aut praedationes, & iniquas adversus integros homines incursiones facias, sed ut religiose vivens, & cum hostibus etiam quantum in te est, pacem habens, ita pie, & Deo complacite vitam transigas, ut ad injuriosorum hominum vim depellendam amabatur simantur. Si enim vitam religiosam, ac pacem degas, & iusta de causa bellum moveas, Deum iustum in omni bellandi ratione adiutorem habebis. Si enim quis certo statuat, non te injuriam alicui inferre, sed injuria affectum esse, & ad bellum necessario suscipiendum, ad depellendam injuriam provocatum esse, is omnino credere debet iusto bello, bonum finem a Deo impo, iniusto autem contrarium. Quomodo enim, qui injuriam homo est, non potest non iniquitatis suae poenam a Deo iusto reportare: sic is, qui injuriam propulsat, fieri haud potest, quin a Deo victoriam assequatur: C Dominus enim iustus iudex est, & cum iustitia pertrahat omnia. Hujus rei gratia arma abs te exercenda sunt, reliqua militaris industria huic referenda est. Belli ipsius tempore cognoscatur, utrum illorum copiae pumo congressu impetuosiores, atque ad id ad praesidium, an patientes plagarum, & telorum initio, postea autem ad praesidium, dimicationemque vehementiores existant.

5 BELLUM etiam ipsum cognoscendum est, nunquid breve propter celeritatem dimicandi, & propter comitatus, pecuniarumque inopiam, an potius impetu animorum, & incitatione ceter existat, & vehementes: talibus in bellis pro hostium natura, & conatu, & pro universis illorum copiis, exercitum tuum apparatus, vel ad fortitudinem, celeritatemque illorum, vel contra ad audaciam, timoremque, iras, & supplicia, & iusta gloria, & ignaviam teipsum comparabis, ut hujusmodi affectiones animi, si in exercitu, si in hostium copiis sint, vel augere vel minuire possis. Praeepta autem tua possidendum, simulatio praedictionum, cultus divinus, diserte cohortationes tuae oportune per tempus adhibeantur, ut mentes omnium oratione permoveant, voluntarie in hoc statu, affectuque consistant, neque necessitate inviti ad dimicandum pertrahantur. Qui omnia milites minus ad pugnandum parati sunt, fidem consulationem ordinis, & perturbationem in praesidio assunt. Antequam igitur pericula subeant milites, animi illorum ita pertrahendi sunt, ut ad omnem impetum sustinendum alacres sint: hostium autem mentes perturbandae sunt, & in formidinem, mollietatem, desperationemque coniciendae, atque adeo tum adoriendi hostes, & sine ulla dilatione invadendi. Nulla enim alia ratione hostes superabis, nisi in aliquas angustias illos prius deducas. Neque in hujusmodi pericula hostes impellantur, in quibus, ut in desperatis rebus solent, meliores quam illorum natura fert, & impetuosiores sint. Sin inducia, foderaque sint, nullo modo abs te violentur. Ex rerum eventu si prospera tibi omnia, & secunda sint, & hostium victoria potius iueris, ne nimis animo effertaris,

neque in rebus gerendis ita tardus sis, ut post initia negotiorum confecta, circumspicias, & deliberes, quid deinceps agendum sit: nec utquis, si adversus hostem intravertat, stupidus, & attonitus vel tuis, vel hostibus videaris. Sed neque temporibus cede hostibus, ubi poteris illis resistere, & incursiones illorum propellere, nisi pacem hostes unlem ex te petant: magna enim rerum ostensiones hujusmodi ex causis oriuntur.

6 Exercitus tuus ad bellum educendus est, multitudine iustam habens, ceteris armis bellicis minime defectus, nullaque alia re ab bellum necessaria destitutus, quibus in rebus mali imperatores facillime reprehensiones habebant. Industrias admodum debes esse, praecipue autem in iis administrandis, quae ad procuracionem rei bellicae pertinent. Sumptus quam minimos, & frogales admittes, & rem communem diligenter asservabis: deinde quae factio opus sunt, omnia accures. Itaque historias antiquorum, & recentiorum diligenter cognoscas, & omnium factorum, consiliorumque imperatoriorum, quae digna cognitione sunt, rationem tenes. Quod si quis, vel atrox, vel plebeus aliquid praee ferat diciturum, quod ad rem militarem, atque imperatoriam pertinet, illum admittit lobenter, & eorum, quae loquitur, iudex sis. Consilium tibi cum senibus capiendum est, & iis, qui rei bellicae periti sunt, & qui aliqua dignitate, ac nobilitate praecedunt, & qui cum benevolentia consilium fidele in rebus gerendis dare possunt. In periculis bellicis nunquam dimices, aut manus conferas, sed cautionem tui ipsius diligenter habebas, & universo exercitui praeficis quid gerendum in universa dimicatione sit. Consiliorum, & factorum imperatoriorum excogitator sis, & in aggressionebus tuis solers existas, tum quando hostes invasurus, tum quando ab illis invadendus es: ad repellendas hostium incursiones habilis, ad machinationes hostibus inferendas solers: ad telas quasdam contra hostes excogitandas diligens, & assiduus, prudentia, ingenio, industria, ceteris omnibus praefectis antecedens, corpore robustus, & ad omnem armaturam utendam habilis, atque expeditus: forma decora ac liberali, omni armorum constructione decorus, atque illustris, atque solens, corpore, atque animo strenuus, abstinentes pecuniae, continens voluptatum omnium, laboriosus ad res tolerandas, fortis ad pericula sustinenda, intrepidus ad discrimina subeunda, ad iustas res persequendas alacris, magnanimus in rebus cum milibus obundis, gerendis: magna in existimatione existens, non propter generis nobilitatem, civitatem, aut republicam ab aliis bene administratam, sed G sua virtute, & in omni usu bellico diligenti sedulitate gloriam sibi comparans benevolentia, ac animi promptitudine: ceteros omnes in singulis negotiis suscipiendis superans, & perinde, ac de privatis rebus negotiosus esset, publicos labores tolerans. Dilectus praeterea, & eloquens sis, & verisimilis rationibus in re vera utens, nisi ubi interdum ad excitandos militum animos, & ad mentes illorum praesenti rerum opportunitate aptandas, mentiri interdum, & fictam orationem adhibere oportet, quo melius in contrariam sententiam tradocantur.

7 Erga illos, qui in bello ceciderunt, & erga bonos viros potissimum, magnificus, liberalis, & munificus sis, & honores illis tum beando, tum memorabili sepultura afficiendo habebis: agrotos quam diligentissime sanati curabis, erga pauperes de tuo liberalis, gloriae non nimis expectans, & liberalis tum in privatis tum in communibus hominum consuetudinibus, neque contentiosus, neque curiosus, neque loquax. Vestra, habitu, incessu moderatus sis: inviam ex omnibus rebus summe devota: neque militibus ferreum re aliquam gerentibus ea te mordeat, sed ludes eos potius, & H imiteris, & adjuves ad honesta omnia suscipienda. Unumquemque Imperatorem par est adversus ullam nationem bellum suscipientem, cogitare, & cognoscere, quanta forma aciei illorum sit, & quibus potissimum artificibus, machinationibusque in bello utuntur. Sin navali classis praeficitur, providetur, ne classis aliquibus salis temperatibus praetur, & astrorum, acrisque motus observet. Ultima agmina classis, aut aciei ordinatae ad se colligat, ne locorum importunitate, aut tempestate maritima, aut hostibus oppressa pereat. Cognoscendum tibi praeterea est, quibus modis praesidium committuntur, vel in acie ad frontem instruita, vel ex loco quadam circumvoluta, vel loca occupanda munitiona, vel regionem incursionem diripiendo, vel lingua cadendo, vel fruges populando, vel ad eas incendendo, vel agros vastando, vel captivos abduendo, vel aquas illorum detrahendo, vel in insidiis

ado-

adoriendi, bella cum hostibus geruntur. Committuntur A etiam gladii bello, quando subito invadit exercitus exercitum, & fluvium transiens hostem adoriatur, & e spaciosis locis in angulum compellit, & ex angustis locis in spaciosiora hostem nondum instruetum educit, & quando commutato subito est ejus, qui hostes vicerat, & quando in locis includuntur ad exendum difficilibus, & quando rebus necessariis destituntur, quando in aliquam ostensionem valerudinis hostium copiae cadunt, quando adventantem hyeme graviter perturbant, aut ipsa in hyeme defecti necessariis sunt, quando diurnis laboribus lassati, inedia cibi, potioneque vexantur: vel si iter magnum contingat, tum homines, tum iumenta lassentur, vel quando nimis vigiles certis de causis sunt, vel quando praesidium navale illis accidit, vel quando hostes naufragium fecerint, vel quando hyeme exercitiantur. Haec omnia, horumque contraria Imperator cognoscit. Divisiones praeterea exercitus, acies, deductiones acierum, ut facile temperent, genera quoque mandatorum cognoscant. Praeterea habet praedictas omnes belli irruptiones, prudentem ut hostes adoriatis praecipimus, quantum subitae rerum aggressiones prodicant admittere possunt. Hostium autem incursiones, quantum potes, devites, & omnia hujusmodi, quae incidere possunt, propulles. Quae enim in hostes inferre cogitas, eadem fere numero ab illis patieris, & aliis quoque quibusdam molitionibus ab hostibus invaderis, nisi caute, & prudenter circumspicias, & quae factio opus sunt, illis opponas.

8 Iis amitte potius excursum faciendi, quando fruges sunt. In acie instrueda solem a tergo, & ventum habereas, & in hostium oculis utrumque collocabis: vocalis in mandandis rebus eris, animosus, & concinnam habens vocem. Naturam belli artes ipsae adjuvant, cujus generis sunt disciplinae armandi, rationum subducendarum, acierum instruendarum, architecturae, astrorum, medicinae. Disciplina armandi hoc in se continet, ut corpora armis moderatis, idoneis, firmis, exquisitis confectis regantur. Eligenda hujusmodi corpora sunt, quae ad arma capienda idonea sunt. Quantum qualisque armorum usus esse debeat, demonstrandum militibus est, horumque exercitaciones, & contentiones ad omnem necessitatem, & apparitionem praesidio ostendende sunt. Cura etiam sit honorum, dignitatum, & abundantiae pecuniarum, quibus arma, reliquaeque expensae necessitate adhibenda suppeditantur. Et de armatura haec sunt.

9 Discipline rationis subducenda munus erit, exercitum in contubernia, acies, turmas, drungos, cohortes, quinque, decurias, centurias, reliquaque partes, atque acies dividere: atque ex his omnibus eos separare: qui & quot castra custodiant, qui & quot minores nati, & proventus, quique claudi sunt, aut propter agilitatem languentes, quique ad civilem magistratum, & ad republicam gerendam delicti sunt: corpora praeterea florentia a languidius fecerint, & horum quoque rationem habere, tum magnitudinis, tum parvitas corporum: Praefectos proveda atque homines constitueret, stationem tum quoad longitudinem, tum quoad altitudinem praefecti collocare: quali cum numero, & quibus cum partibus unaquaque pars ad necessarios motus belli constituat. Haec omnia hujus disciplinae sunt. Disciplina acierum instruendarum haec in se habet: Formas acierum demonstrare, quibus aut invadas alios, aut ab aliis invadere, & quae ad hostium impetum excipiendum valent, & quae impressionem in hostes faciendam maximum momentum habent, quemadmodum singula sunt: qualem armaturam adversus hostem fabricare, quemadmodum acies moveri debeant, quo loco tempore utendum. Atque haec de aciebus instruendis. Architecturae est castrorum formae describere, quemadmodum fossa, aut vallo obsepanda sunt: interiora loca apte, distributisque seponere, exitus aperire, & maxime exercitus inercyalla, mimmi autem angustias tenere: ubi utrorumvis alicui usus fuerit, loca eligere, quae hostium insidias minime appetant, quaeque in reversionibus, disjunctionibusque idonea esse possunt.

Hujusmodi praeterea sunt, muros civitatum, aut munitio-nium ab hostium machinationibus integros servare, aut aquarum inundationes ab illis repellere, arma ad muros defendendos parare, ut manganica, toxobolistras, & reliqua hujus generis, quaeunque vel ad muros defendendos, vel oppugnandos spectare solent. Atque haec de architectura. Astronomia est tempestivitates anni praedicere, in quibus frigorum, & ca-

lorum commutationes sunt, aut imbrium, & aquarum plu-viarum proluviae, vel ventorum ingentium flatus, & quibus magni exercitus in summa saepe discrimina venerunt: diei, noctisque partes ita commode dividere, ut requies, ac incur-sionis tempora facillime cognoscantur, quibus non observatis, universae copiarum summa saepe in rebus agrediendis ir-rigata, atque inanes fuerunt: terramotus, reliquorumque si-gnorum, & portentorum eventus praemonstrare, illaque ad nostros milites animandos transferre. Sed de Astrologia fat-tis. Medicina, ulcera, quae ex vulneribus orta sunt, vel plagas, quae lapidibus, aut telis, aut aliis hujusmodi rebus infliguntur, sanari, & pharmaca iis parata habere, agritudines, quae ex calore, aut frigore, labore, aquarum mutatione, locorum situ, aeris temperie, corporis curandi negligentia, alimentorum improbitate, ut novarum frugum, & fructuum, cetero-rumque hujus generis in salubritate oriuntur, arte sua pellit. Ad artem rationis subducenda praeterea pertinent, sumptus mili-tum, summa spoliatorum, pecuniarum accumulatio, & quemadmodum iterum in armorum, machinationumque appara-tum, & in alios militiae usus consumantur: horum omnium dijudicatio, ratioque ad artem hanc spectat. Ad apparatus igitur, salutemque exercitus constituendam haec artes, atque iis artibus instructi homines pernecessarii sunt. In armorum ra-tione elaborant, qui amorum conficiendum periti sunt. In ratione subducenda, literarum, & summam faciendarum periti homines. In acierum instruendarum ratione tu imperator, atque alii, qui sub te praefecti constituti sunt. In archite-ctonica, qui architecti, & mechanici sunt, & longo tempore in usu harum rerum versati sunt. In astrorum ratione, qui coelestia corpora scrutati sunt, quae astrorum ortu, atque obitu, conversionibus planetarum, operam suam collocant, qui Ptolemaum diligenter cognoscunt, & Chaldaicas quasdam observationes, Arati *parvulae*, Joannis Lydi divinas, men-struamque observationem tenent. Gethiologiae autem, quae iis in libris sparsae sunt, & ab Ecclesia Dei reiciuntur, nos nostro quoque regno expellimus. Leges igitur imperatoriae, ac militares a nostro regno tibi, militibusque, qui sub impe-ri tuo sunt, haec praescriptae sunt, quae abs te assidue custodiantur, & ad eas servandas omni studio, ac labore entitars: magna enim, & praeterea hinc adjuvantia reportabis. Quando enim consilia, factaque imperatoria ad sciendum firmam ad excogitaveris, in illis isdem hostes utantur, facillime horum peritus contraria usurpare potes.

Haec autem pro ratione ingenii nostri partim usu bellico, G partim ex scriptoribus antiquis collecta ad communem utilita-tem hunc in librum contulimus, neque ornamenta dicendi, neque curiosam aliquam verborum inanitatem consequentes, sed verbis tantum communibus, planisque usi, limitarem dicendi formam potissimum secuti sumus. Quaeunque au-tem alia ad tempus belli gerendi, vel alterius alicuius appara-tus adversum ulla nationes, & Saesaeos potissimum, quo-rum gratia hic liber a me, ut antea dixi, conscriptus est, susce-pi caput pertinent, ea quamquam hoc libro contenta non sunt in iis tamen si quis se exerceret, usum aliquo belli, & naturae rerum persequutione facillime, quae desiderantur, colligere, com-prehendere poterit. Neque enim fieri potest, ut ego, aut quisquam alius, quanto magis ingenio, eruditioneque sit, om-nia complectatur, quaeunque industria, ac solertia humana excogitantur: aut viam doceat, quae haec caveantur, quae in-finita, atque immensa genere, rebusque circumstantibus sunt. Neque enim similiter, eodem modo hostium consilia, factaque imperatoria ab illis suscipiuntur: itaque ne haec quidem, quae ad usum semper necessaria sunt, indicare quis possit: sed cum neque una mente omnes Imperatores sunt, sed magna varietates rerum ab hostibus susceptorum sunt, diver-sae etiam rerum aggressiones ad eos molienda sunt. Astuta enim, & solers humana natura cum sit, multa excogita-re, multa moliri nec opinata potest. Unde par est, te, Impera-tor, suppliciter mente semper Deo praee adhibere, & in omni-bus auctori salutis, pro his, quae maxime salutaria sunt, suppli-care. Haec Leo.

\* SACRAMENTUM MILITIAE.

Postquam conscripti, & delecti erant milites, de quate §. seg. Tribuni olim suae quoque legionis congregatos Sacramen-to adhibebant: obtemperaturos se, & facturos Imperatorum mandata, juxta vires. Quod quidem unus praestabat, alii idem facturos se affirmabant, ita Polybius. Livius tamen no-minatim vocatos milites in verba Scipionis jurasse post se-ditio-

ditionem Hispaniensem feribit . Simile de Fimbria refert *Appianus* .

**A** Formulum Sacramenti, five juramenti certam nemo prodit . Polybius maximum sacramentum fuisse feribit apud Romanos, quod jubet duces sequi, quocunque duxissent: neque signa delecturos, neque quidquam adversus populum facturos .

Ceterum educendos jam in acie milites, alio juramento coercerant adversus furta, pradam, & similia . Meminit illius *Agellius lib. 3. in Lucio Cincio*, *Videatur Locus de Fide, & Fidelitate* .

DELECTUS MILITUM,

\* Delectum olim Consules, postea Imperatores fecerunt . Tandem penes Tribunos ea potestas mansit . Dies tamen illorum mandato publice predicabatur, ut comparerent, qui adspirabant . Tum considerata etate, corpore, viribus, & fortibus, instituebatur delectio, quam tamen forte factam nonnunquam *Appianus*, & alii probant .

MILITUM PRUDENS DELECTUS, QUI, QUALES DELIGENDI .

IN GENERE .

**B** Apud Israelitas talis fiebat delectus, Moyses instituto Praeco per castra clamabat: Si quis novam domum edificavit, neque dedicavit, is domum repedito: ne si occubuerit in praelio, alius eam dedecet . Item si quis vineam colerit, neque profanavit, domum repedito: ne si occubuerit in praelio, alius eam profanet . Item si quis uxorem desponsaverit, neque duxit, domum repedito: ne si in praelio occubuerit, alius eam ducat . Denique si quis timidus est, & molli animo, domum repedito, ne animi sui mollicie aliorum animos esse metat . Laeabat inde volenti feedere, lis copis, quae manserant, duces praeficiebantur . *Deut. 20* .

IN SPECIE . QUOAD

Animum scilicet . Nempere

Periti rei bellicae .

**A**LEXANDER MAGNUS, orbis terrarum imperium bello sibi paraturus, ad tam periculosi belli exercitum legio, non juvenes robustos, nec primo flore etatis, sed veteranos, plerisque etiam emerita militum, qui cum patre Philippo, patruoque militaverant, non tam milites, quam magistros militiae electos putares Ordines quoque nemo nisi sexagenarius duxit: ut si principia castrorum cerneret . Senarum te alicujus praefice Republica videre diceret . Illius amici ejus virtutis erant, ac venerationis, ut singulos reges putares . Quippe ea pulchritudo, & proceritas corporis, & virtutum, & sapientiae magnitudo in omnibus fuit: ut qui eos ignoraret, non ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos judicaret: nec ulla gens unquam jam clariorum virorum proventu floruit, quos primum Philippus pater, mox Alexander tanta cura legerat, ut non tam ad societatem belli, quam in successione regni electi viderentur . *Alex. 1. c. 20* .

**P**. CORN. SCIPIO in Siciliam cum classe missus, cum exercitum in ordines redigeret, eos praecipue seligendos putavit, qui sub M. Marcello multos annos meruerant, summamque scientiam rei militaris habere existimabantur . *Plut. in Scipione* .

**C**. MARIUS cum facultatem eligendi exercitus haberet ex duobus, qui sub Rutilio, & qui sub Metello, & postea sub seipso meruerant: Rutilianum, quamvis minorem ceteris, nullam aliam ob causam praetulit, quam quod certioris disciplinae esset . *Front. 1. 4. c. 2* .

**F**RANCISCUS Galliae Rex, ut se adversus Carolum V. Caesarem muniret: novo, aut certe a majoribus intermisso, & eo quidem nobili consilio septem legiones Romana disciplina instituit, ne sibi semper, vel in repentini belli casibus, pedatus ab externis genibus mercede foret conducendus . Nam Galliarum perantiqua consuetudine, in uno praecipue equitatu studium, praesepit omnes, & nominis gloriam reponere erant soliti . Sed ubi per frequentes seopetarios, Romanoque more pedatus bella geri coepit, in praelis nulli prope usui equites se compertum esse, propter eorum graviora vulnera, & densitas hostium phalanges, quas nulla vis equitum, vel aequato fere numero facile perumpat . *Jovius 1. 34. Hist.*

Anno 1506. quod rumor increbuerat, Maximilianum Imp. Rom. in Italiam cogitare, ne Respubl. Veneta ad ejusmodi casus imperator offendi posset: Senatusconsultum factum

est, ut in Veronensium finibus eorum, qui arma ferre possent, certus agrestium hominum numerus conferberetur, qui rei militari assueti essent, utque immunitas reliquarum rerum daretur, quo paratior ad obedienda belli munera essent, & cum vocarentur, ad signa evestigio convenirent . Ea militum ex agis deinceps instituta ad reliquos Reipubl. fines, ut esse usus omnium rerum magister, brevi permanavit . Itaque nunc cum jusque oppidi, vici, pagique incolae partem habent fuerunt, qui ei rei student, ut armati, paratique sint, nullo ut interposito temporis spatio ad bellum prodire, Reique pub. celerem mare operam possint, hosque omnes uno nomine Milites pro ordinibus appellaverunt . *Bembus, 17. Hist. Venetae* .

Fortes, Timidi segregandi .

**S** Ex Tit. Exploratorum Militum alacritatem huc quaedam. Illic prudentiam in explorando, hic in segregando habetur ratio .

**E**CHEPOLIS Sicyonibus dives, & imbellis, Agamemnoni equam praestantissimam Atham dono offert:

— *Ita sub ei bene dicitur dicitur laetissimae.*  
AGAMEMNON Rex prudens equam generosam, & bellis utilem, hominigenam, & timido praerere non dubitans, donum accipit . *Ibid. 1.*

**A**GIS, sciscitante quodam, Quot sunt Lacedaemonii, Satis inquit, ad arcendum malos . *Plut. in Aephe* .

**L**EONIDAS Alexandride dicitur de Barbaris: Cum tara multis conflictibus, Leonidas paucos sub signis adduxisset . Si multitudinem ne censeris fretum esse, ne univera quidem Graecis fatis sit (exiguam enim portionem illorum colluviem adaequet) sin virtute, & hic numerus sufficit . *Plut. in Aephe* .

Eidem instituenti qui hostes adori ad Thermopylas, Polemarchi dixerunt, operiendum ceteros socios: Quid, non adsum, inquit, qui dimicaturi sunt, an sufficit, vos pralearios cum hostibus solos, Reges qui venentur, & timent? Militibus edixit, ut pranderent, velut apud inferos cenaturi .

**M**YRODINES, Galliae F. creatus dux exercitus adversus Boeotos, edixit, ut Athenienses exirent . Cum autem adesset congregandi tempus, ducisque morerent, nondum omnes adfuerat . Adfuit, inquit, qui pugnatu sunt . Hostes itaque cum videret promptos, hostem aggressus, memorabilis illa pugna ad Tanagram vicit, se interpretans eos, qui ob ignaviam non studuerant tempore adesse, ne in pugna quidem bonam operam navaturos . *Plut. in Gracorum Imp. Aephe & Diad. Sic. 1. 11.*

**I**NHCRATES, cum in hostes militum agmen produceret, quoddam trepidos, ac timidos, pallidisque sequi conspicuatis, progressus aliquantulum, cum mox effe incundum praesulum, clamare praeconeum iussit: Si quis aliquid reliquit, revertatur, & recte instrustus redeat . Hoc audito, timidores latabantur, & continuo reverti coeperunt . Ad Iphicrates nulla mora facta: Nunc, inquit, viri sine maculis nos cum hostibus pedem conferemus, ut soli etiam fructum fortitudinis, & virtutis capiamus . Hac re multo confidentiores esse se fuit milites, & sine timidis pugnam victores obtulerunt . *Polyen. 1. 2* .

**T**IMOTHEUS praecceptum suis dedit, ut quam celerem ad pugnam exirent . Paucis militibus procedentibus, manipularis aiebat, reliquos etiam expectandos esse . Timotheus non expectavit, arbitratus se omnes habere, qui alacriter pugnam subire yellent: eos vero, qui tarde exirent, inutiliter loqui, etiam si praesto essent . *Polyen. 1. 3* .

**A**UGUSTUS VESPASIANUS, cum quendam adolescentem honeste natum, militum inabilem, angustiarum rei familiaris causam dedudum ad longiore ordinem recessisset, censu H constituto, honesta missione exauctoravit . *Front. 1. 4. c. 66* .

Quid ab eo milite ferat? venacula inquam multitudine quae nuper adio in magna aliqua urbe delecta lascivie fuerat, laborumque militarium intolerans est, nisi ut simulaque ad exercitum venire ceterorum militum, rudes animos impleret contumacibus vocibus, quae nihil nisi maxam, & violentissimam seditionem commoverant? Et igitur, cui conferendus est exercitus, auctor sum, atque hoc consilii perlubens dederim: ut non tam ex urbana, ac veteracula multitudine corruptus, ac depravatus moribus dedita, lascivie fuerat: quam ex agris, utque hominibus, laboribus, duritiae malo affluerunt, delectum habeat . *Carolus Pastellus, in axiom. Politicorum* .

Volentes, Nolentes .

**T**OLMIDES nauticis Atheniensium copis praefectus, Myronide amulatione stimulat, qui ad Tanagram Boeotos superaverat, quod aliquam sibi praecipui nominis, & gloriae dignitatem

gnitatem pararet, cum ante ea tempora Laconicum agrum a nemo invadere, ac depopulari tentasset, id ipsum tentatu praclarum arbitrat, populum concitavit: atque accendit ad diripiendam Spartiarum regionem: pollicitus, simile armati sibi in navibus adiecerunt, cum ea manu & Laconicum depopularum, & Spartiarum gloriam depresso . Assentiente populo Atheniensium, cum plures cuperet callide per artem educere cives, hujusmodi consilium iniit . Erat omnium opinio ad summam, quam postularat, copiarum, eum etate, & robore corporis praestantissimos delecturum . At vero Tolmidam mens alia agebat, nec mille solum, qui permitti essent, sed majorem turbam sibi conciliaturus, progreditur in exercitum: ac singulos quoque etate, & robore praestantes adiens, unicuique privatim denunciavit se delecturum eum ad bellum, quod pararetur: longè praestantius unicuique esse, sese sponte ad expeditionem paratum offerre, quam delectus lege veluti per extorssionem coactum ad arma expedienda trahi . Ubi supra tria milia hac arte eduxisse se videt ultro ad nomina danda, reliquosque cerneret haud jam ad id promptos: tunc mille sibi permisos a populo ex reliqua multitudine delegit . Sic cum quinquaginta triremibus quatuor armatorum millibus portu solvit, & Peloponnesum invasit . *Diad. 1. 11. & Polyen. 1. 1* .

**V**OLONES Romanis dicebantur, qui volentes non coacti mererent . *Vide infra, Libertatis respectu* .

In Fidem recipiendi .

**S** Sacramentum militum ante Fidei formulas refertur . Ille solus Prudentia in conciliando milite ratio habetur, illic Politicianis .

In militiam semel apud Rom. adscriptus, nisi propter demerita exauctoratus foret, ipso nolente, delecti nequibat . In quod sedulo cavebatur, ut primum militie vinculum putarent, sacramenti religionem: secundum, singulorum amorem, velut inexplicabilem nexum, cum his, qui una mererent: tertium, delectandi nefas . *Alex. 1. 1. c. 20* .

Suspecti . Perfidii . Rebelles segregandi .

**P**ALESTINI contra Israelitas in monte Gelboe castra posuerant . David in exilium ad Saul Regem, cum ducentis sequebatur Acim Gethaorum Regem Palaestinum . Proceres Palaestini veriti, ne inter pugnantium David ab ipsis Saul desciceret, & Palaestinos terga cederet: Achim vel invitum coegerunt, ut Davidem dimitteret, quoniam illis suspectus erat probè memoria tenentibus, Davidem cum esse, qui caso Goliath Getho, strage maxima Palaestinos affecisset . *1. Reg. 29* .

**P**OLYCRATES, Samiorum tyrannus, cum rebelles, quos in suo regno habebat, cuperet expellere: Cambysem Persarum Regem clam per litteras rogat, ut, quandoquidem in Aegyptum expeditionem pararet, nunciis ad se in Samiam missis, peteret auxilia . Parec Cambyse . Itaque Polycrates delectis is maxime, quos putabat ad rebellionem spectare, quadraginta triremes misit Cambysi, mandans, ne domum eos redire paterec . *Herodot. 1. 3* .

Corpus . Respectu scilicet .

Habitus corporis .

**L**ACEDEMONII hujusmodi legem habebant, ut nemo Lacedaemoniorum molliciem aliquam colere praefere, aut corporis impinguatione crassiore, quam qua de exercitiis conveniret, praedictus esset . Nam hoc pigritiam, illud molliciem ostendere videbatur . Itaque decimo quoque die ephebos ad unum omnes publice notos Ephori aspiciabant: ac si aliquid membrum inveniret delicatius, ac mollius, ob succrescentem ex oscitantia pinguedinem verberabant, atque in jus trahabant, ut immodica voluptatis, desideria poenas darent . *Eliau. 1. 14. de Var. Hist.*

**E**PAMINONDAS armigerorum esse corpus dicitur oportere exercitum non athleticè modo, verum etiam militariter . Quocirca oderat hebetiores: ac quempiam obeso corpore exauctoravit, addens: Vix clypeis tribus, vel quatuor tegis ventrem, qui obfaret, quo nimis videre pendenda sua posset . *Plut. in Aephe* .

**P**RRHUS, Epirotarum Rex, cum videret delectorem suum grandes, & robustos milites praecipue eligere, dixisse fertur: Tu grandes, ego fortes reddam . Indicare voluit, disciplinam plus valere in bello, quam militum procerà corpora . *Front. 1. 4. c. 1* .

**R**OMANI olim milites ex corporis habitudine, si apti militiae,

si lato pectore, si cervice erecta, si fortes, & strenui, quae species, qualisque vigor, & quod robur vitium foret, interno Escebantur, ut illorum forti, fidelique opera Republica uti posset . Nam nimis pinguem, deformem, aut mancum, desidem, aut vacordem, tanquam minus utiles, militiae non adhibebant . Cato Censorius pinguem militem, velut Reip. incommodum jure inefficiv: cuius inter guttur, & inguen, cuncta sub ventris dominio forent . *Alex. 1. 1. c. 20* .

Come, Barba .

**T**HESI instituto, milites anteriores capillos abradebant, ne ab hostibus apprehendi possent . *Polyen. 1. 1* .

Apud Spartanos in usu erat, ut quoties fortiter, & magnis utrinque viribus decernendum foret, milites capita comerent, capillum barbamque depesterent: quo argumento periculum se animae adire, & hostiles spiritus gerere significabant . Erant enim Spartani milites comati omnes, sicut Milesii, Thurii, & Tarentini, ac ceteri, quibus Laconica instituta placuerunt . Coma enim, ut Lycurgus aiebat, formosorum decorem, deformium terrorem auget . Ideo cum Persarum duces, milites Leonidae comatos, & multo pectine comptos vidissent, ferunt, illos despectui habuisse, velut desides, & ignavos: cum verò animi vigorem, & fortitudinem fuissent in acie experti, amorum praestantium admiratos, ob stupuisse . *Alex. 1. 4. c. 2. ex Herod. 1. 7. & Plut. in Lycurgo* .

Omibus ad confictum instructis contra Darium, requisiverunt duces: Nunquid praerata vellet? Nihil, respondit Alexander, nisi ut Macedonum menta redderentur . Demiran- te Parmenione: Ignoras, inquit, nexum in pugna, non esse barba meliorem? *Plut. in Aephe & Polyen. 1. 4* .

**H**YBERNORUM gens novaculis comam extenuat, totum occipiti crinem abradit, ne fugiens capillitio teneatur . *Saxo 1. 5* .

Etatis .

**A**ristoteles *1. 8. Politicorum* vult, ut juvenes in prima Republica decimo septimo etatis anno primum bellicis exercitiis apud praedotribam assuescere incipiant, mox vera praesilia subitari . Quis autem bellandi terminus sit, non expressit (neque enim libros illos habemus integros) Septimo tamen libro, *1111*, anno liberis dare operam praecipit . Qui forte annus militaris vitae finis, & pollicite principium censeri potest: nisi quando majore ingruente vi, etiam cives ipsi uxores relinquere, & pro patria pugnare coguntur . Trigesimo septimo igitur anno cum corporis robur consistat, bellicis laboribus non est, & qui haecenus patriam foris corporibus suis procekerunt, porro, eadem maturis consiliis domi regere debent . Sed conjectura haec potius est, quam assertio .

Apud Persas juvenus a vigesimo ad quinquagesimum annum militare cogitur: ultra verò arma tractare vetitum est, apud alios autem inolevit mos, ut post annum quadragesimum militiae tyrocinio neminem adscriberent, post quinquagesimum verò, militare desinerent: hisque velut perfundis militiae, missio daretur . *Alex. ab Alex. 1. 1. c. 20* .

**S**CYTHARUM legibus cavebatur, ne hominem sexagenarium in militiam admitterent . *Ibid.*

**C**ONON, ut exercitum suppleret . Atheniensium pueros immauros annis, quibus vires non suppetebant, & fenec leggit . *Plut.*

**P**HOCION, ut Athenienses nimis bellicosos a belli furore cohiberet, delectu acerbo lecta juvenute, etiam octogenerios emeritis stipendiis dare nomina coegit . *Plut. in ejus vita* .

**O**LYMPIODORUS Atheniensis, cum cives suos tyrannidis H odium cepisset, delectu habito, in quo nec senibus nec pueris vacatio fuit, & militum alacritate potius quam robore fatus, Demetrii regis praesidium esse Piraeo ejcit, Athenas liberavit . *Pauf. 1. 1* .

Qui de militari disciplina libros posteris reliquere, eos haud fere quenquam minorem septem, & decem annis, aut sex & quadraginta majorem, militiae tyrocinio adscribi voluisse constat, idque a Servio Tullio veteri censore cautum fuisse primum, quod a vo subsequente a C. Graccho lege sacra sancitum fuit . Causa autem haec est, quod citra eam etatem, aut supra, velut immauros, aut praeduros, & effretos, militiae rudimentis minime idoneos putarunt . Ideo vetus constitutum erat, juvenes nisi post pubertatem, & primo flore etatis, dum per etatem laborem militarem ferre possent, florescentes viribus, & eos ex urbana sapientia agresti juvenute rusticis operibus duratos, militari sacramento, & munere adigere, singulosque mili-

tia per numerum in juniorum tabulis adscribere, qui Catalogi dicit. Alex. l. 1. c. 20.

ROMANI bello Hetrusco, & saepe aliis, seniorum cohortes post emerita stipendia, quinticium libertinorum, ad militiam excivere. Idem.

Armorum.

ITALI duces olim per amplum equitatum alere, eique uni rei impensis studere solliciti erant, nec pedum magnificere, quem expugnandis tantum urbibus idoneum, apertis autem in pyralis profus inutilem ducebant. Sforcia etenim, & Braccius, Franciscus Carmagnola, & Nicolaus Picininus, qui militiam multis ante annis in Italia extinguit cum magna gloria suscitavit, multa bella solo equitum robore confecerunt. Duravit ea opinio pluribus annis apud imperitos Principes: cum pravis mercenariorum ducum consiliis decepti, neglecta pedum cura, equites passim tota Italia sibi, & provinciis graves instituerent. Siquidem callidi duces, qui crebris potius transfugiis, quam vera virtute insignes erant, cum discordia Principum opulentiores evaderent, consulto inter eos alebant bella, neque ea unquam, si jussu praelio certandum foret, ulla pleniori victoria, finiebant: adeo ut quatuor potius quam decori proceram illam militiam habere viderentur. Unus tamen ante alios Franciscus Sforcia, superiorum insidiam occulta illa fraude commisitam, multis suis, aliorumque periculis reprehendit, cepitque pedatur fortissimum quemque bello, ac pace pariter praecipuo in honore habere. Unde paucis annis effectum est, ut ille veteranorum, maxime pedum virtute, summam sibi gloriam, & per amplum imperium perpetua victoria- rum felicitate comparavit. Jovius l. 2. Histor.

Fortunas, Respektu

Patriae, Civitatis.

MILITES in castris, nisi Romanos cives, vel Latini nominis, levium tamen armorum auxiliares externo sacramento Romani adigere consueverant. Contra vero Cyri consilium fuit (ut testatur Xenophon. l. 1. Paedie) non modo ex civibus suppleri milites, sed velut optimos equos & longinquo quarti oportere. Idem apud Alexandrinos vetusto more servatum est, ut nullos milites nisi peregrinos militiae admittant. Proditumque memoriae est in federe, quod cum Romanis, & Antiocho initum est, caveri, ne milites sub ditione populi Romani condere, aut voluntarios habere liceret. Alex. l. 1. c. 20.

Apud Rom. inter descriptos singulis legionibus milites, qui Romani, vel Latini nominis erant, semper auxiliares ex sociis civitatibus finitimas, aut externis, peregrinae juventutis, sub disciplina, & cultu Romano, & auctum voluntariis agmen jungi consueverunt. Id tamen servatum, ne unquam amplior numerus auxiliorum ex peregrinis copiis, quam bivium foret: tametsi a prima origine Romani semper suo milite, nullo externo adjuti, militarint. Praeter milites peregrinae militiae, inter auxilia Cretenses saepe militiae accepimus. Hi enim terrestribus navalique praelio, ad insidias, furta, & rapinas, populando assueti, excursiones maximas facere promptissimi sunt, in praelio vero regnes: Cydones vero fortissimi. Alex. l. 1. c. 5. & 20.

BELLI PUNICI secundo anno septimo in Hispania Celtiberorum juvenis mercede est ad Scipionibus conducta, cum ad id tempus Romani mercenarium militem nunquam habuissent. Sab. l. 3. En. 6.

C. JULIUS CAESAR bello Gallico ad legiones, quas ad Republica acceperat, alias publico, alias privato sumptu addidit: unam etiam ex Transalpinis conscripuit, vocabulo quoque Gallico (Alauda enim appellabatur, non tam ab alauda avicula insigni, quam quod veteranorum legio esset, Alle alte, si- ve belgica voce ante, ut Becanus opinatur) quam disciplina cultusque Romano insinuat, & ornatam, postea univertam civitate donavit. Suet.

Veterum ITALICORUM mos erat non aspernandus, ut quamquam in bello Barbarorum equites adhiberentur, tamen totius exercitus robur Romano cive, Italicoque homine constaret. In quo duplex erat utilitas: & quod sui generis homines armorum dedicere usum non permittebant, & cum eis suis major pars exercitus constaret, solvendis stipendiis ad alienos pecuniam suam non transferrebant. Pariter cum classem ad bellum ornarent, forte cives suos diligebant. Quae consuetudo cum aetate nostra exoleverit, desiderataeque ignavi depositi armorum usu omnium Italicarum urbium cives facti sunt: nec ulla tam po-

tens civitas est, quae vel mediocri exercitus vim sustinere diu- tius possit. Fulg. l. 2. c. 1.

THEODOSIUS MAGNUS, decreto contra Maximum tyrannum bello Thessalonica, delectum omnium gentium diligentissime habuit. Primum enim fidem regum, quibus Orientis li- mes ambiebat, data, atque accepta dextera confirmavit, quod fors securus agitare, si nihil sollicitum, & suspectum domi reliquisset. Tum copias tripartito divisit, ut hostis audaciam multiplicato terrore percelleret, & fugam ejus circumfusum ambiret. Postremo, barbaris ultro operam pollicentibus, commilitii gratiam fecit, ut limiti manum suspectam detraheret, & militi auxiliatorem adungeret. Qua illius benignitate pellenda omnes Scythicae gentes, tantis agminibus conflaxe- runt, ut quem tenuerat suis, barbaris videretur imperatae delectum. Itaque sub ducibus, vexillisque Romanis ibat, & ad nomen respondebat. Gothus, Hunnus, & Alanus: urbesque Pannoniae, quas inimica populatione exhauserat, miles implebat. Sigon. l. 9. Imp. ocid.

Conjugii.

OLAUS Danorum Rex, moriens, Frothoni, & Haraldo filiis consulturus, alterum terris, alterum mari praesse, an- nua vicissitudine voluit. Prorsus Frotho maritimum rerum praefectura potitus, infeliciter rem gessit, ignavia nautarum, domesticas tropi volapraes externis militiae laboribus praeferebant. Natu minor Haraldus ei succedens callidem mi- litem legit. Nec fortuna ei desuit, qui ex res fratrem ante invidiam, atque mortem peperit. Saxo l. 7. At contra Hel- lespontios militaturus, ut unusquisque patrefamilias va- lentioris opera filium, aut probatioris fidei servum armaret, edixit. Saxo l. 9.

Paupertatis, Exilii.

DAVID in Odollam speluncam fugiens, propter insidias Saul Regis, ad se pertraxit omnes gentiles suos, omnes deni- que eos, quibus res angustae erant, servos fugitivos, obaeratos, exoles, coactaque circiter 400. hominum manu Maspham Moabiturum se contulit. Variis tandem erroribus actus, ad Achim Geth Regem in se contulit, & impetrato ab eo oppido Siceleg inde varias excursions in agrum Gerazorum, Ges- furaorum, & Amalechitarum fecit, simulans se praedam il- lam ex terra Judaeorum agere, interfectis homines utriusque sexus, ne ulla clavis index superesset, usque ad mortem Saul. l. Reg. 22. & 27.

Libertatis, Servitutis.

BORISTHENTIS oppugnantem Zopyriensis libertatis, da- taque civitate peregrinis, & factis tabulis novis, hostem susci- nere poterunt. Macrob. l. 1. c. 11.

CLEOMENES Lacedaemonius, cum mille, & quingenti soli La- cedemonii, qui arma ferre possent, superfuissent: ex servis ma- numissis bellatorum novem millia conscripsit. Ibidem.

ATHENIENSES consumptis publicis opibus, servis libertatem dederunt. Ibid.

Semper grave crimen habitum est, dare se militem, cui non liceret: quod augebatur (ut in caeteris delictis) dignitate, gradu, specie militiae. Itaque servi apud Romanos, quemadmodum nullus alterius civilis juris luere participes, ita maxime sunt ab omni militia prohibiti, & si quando inopia hominum adhiberentur, prius manumittebantur, adeo ut qui status controversiam patenter, quamvis revera libe- ri essent, tamen per id tempus nomen eis militiae dare non li- ceret. Dion. l. 48.

Aliquot adversis praелиis secundo Punico bello exhausta mili- tariae virtute Romana: Senatus, auctore Tiberio Graccho coeule censuit, ut publicae servi ad propulandum hostium im- petum emerentur. Eaque de re Tribunos plebis apud popu- lum lata rogatione, tres creati sunt viri, qui quatuor, & vi- ginti millia servorum compararentur: ad quosque jurjurando strenuam fe, foretque operam daturus, quoad Pecni es- sent in Italia, datis armis in castra miserent. Ex Apulia etiam, & a Sicilia septuaginta, atque ducenti ad supplementum equi- tatus sunt empti. Val. l. 7. c. 6.

Servi pro dominis pugnaturos se polliciti, in civitatem recepi- ti sunt: & Volones (quia sponte hoc voluerunt) appellati. Quorum fidelissima opera M. Marcellus contra Annibalem felicissime usus est. Macrob. l. 1. c. 11.

Ad CANNAS vidis Romanis octo millia servorum empti, sed prius manumissa militaverunt, cumque minoris captivi redi- mi possent, maluit fe Resp. servis committere, quam civibus pretio redemptis. Ibid.

Post calamitatem apud THRASYMENTUM nota cladis accep- tam libertini quoque in sacramento vocati sunt. Ibid.

Bello

BELLO SOCIALI, cohortium duodecim ex libertinis conscri- ptarum opera memorabilis virtutis apparuit. Ibidem.

C. JUL. CAESAR cum milites in amiliorum locum sustitue- ret, servos quoque ab amicis accepisse, & eorum fortis opera usum esse tradit. Ibidem.

AUGUSTUS CAESAR libertino milite, praeterquam Romae in- cendiario causa, est tumultus in graviore annona metuerentur, his usus est: semel ad praefidium Rhenum Illyricum contingendum iterum ad tutelam ripae Rheni fluminis, eosque servos adhuc, ac sine mora manumissos, sub prioris vexillo ha- buit, neque aut commissos cum ingenuis, aut eodem modo armatos. Suetonius. & Macrob. l. 1. c. 11.

C. MARIUS, bello Jugurthino consul magno favore renun- ciatus, illico delectum contra legem in motes habuit, conscri- ptisque frequentes capite censos, & servos: cum priores duces eos sacramento non rogasset, sed arma sicut honores alios ad censu committerent, videbaturque suas quisque facultates pignori opponere. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant, qui ex eo genere celebra- tus, actusque erat, & homini potentiam quarentis, egentissimus quisque oportunitissimus. Gell. l. 16. c. 10. & Sallustio, & Plut. B. Mario. At Fel. Max. l. 2. c. 1. tegenda causa ignobilitatis, capite censos in militia adscriptos ait, ut novus consul sui similes haberet milites.

M. ANTONIUS Philofohus consul Marcomannos serviti- a armavit, majorum exemplum secutus, qui secundo bello Punico id fecerat: servos militiae asceitos, ut illi, Volones nomina vit. Sunt & gladiatores instrudi, quos Latrones dicit. In Illyrico, & aliis gentibus, miles ad id bellum est quatuor. Peperit eam militum inopia terrae pestilentia, quae in Urbe, & agris ea tempestate fecerat vastitatem. Sab. l. 4. En. 7.

LONGOBARDI, ut bellatorum amplent numerum, plures a servili jugo ereptos, ad libertatis statum perducunt: quae rata possit haberi eorum ingenuitas, sancitum verbo so- lito per sagittam murmurans quadam patria verba, Dii te hac sagitta nobilitent, conscientiaque, ubi patriae, ac principii fueris infidelis. Olaus lib. 8. cap. 10. ex Pauli Dia- con. lib. 1.

Tempore MICHALIS COMMENT PALAEOLOGI Imp. Aegypti, & Arabiae Sultanus Romanorum amicitiam petiit: unaque petiit, ut Aegyptii mercatoribus, quos ipse velle, quotan- nis semel ferat traicere liceret. Qua re concessa, trajec- runt, quotannis fraticum, interdum etiam binis navibus one- rariis ad Europae Scythas, Maoticum paludem, & Tanaim accolentes: ab eisque partim transfugas acceperunt, partim ad dominis, & parentibus emerunt: eis quibus in Aegyptum, Babylonem, & Alexandria perductis, Scythicas legiones constituebant. Neque enim bellicosos esse Aegyptios, sed timidos potius, atque effematos plerumque, affirmabant: eaque de causa necessario sibi peregrinum militem parand- um, & are emptis mancipiis propendum servendum esse, omnis felicitudinis eorum rerum, quibus humana vita eget, immunitus. Exiguo sane tempore tantum per eam causam exercitum paraverunt Arabes Aegyptii, ut non occidentalibus tantum, sed is etiam populus, qui magis versus Orientem habitant, admodum essent formida- biles. Gregoras l. 4.

AMURATHES II. primus omnium Regum Turcicorum ordi- nem pedum, quos Janizaros vocant, instituit: eosque ex Christianis, qui tamen Christum abnegaverant, elegit: quorum viribus & ipse, & qui ipsi succedere, ex innumeris ferè praeliis victores evaserunt, ac penè totum debellarunt Orientem. Jo- vius in vita Amurathis.

Condemnationis, Noxae.

Vitiatu pastor a teneris, Lusitanorum postea dux, ob ro- bur corporis, & fortitudinem animi, in bellum proficiscens, latronum catervam, quam circum se habebat, in hostes eduxit, bellumque gerens cum Romanis, multis praелиis superior fuit. Diod. l. 32.

HENRICUS I. Imp. quemcunque videbat forem, aut latronem manu fortem, & bellis apum, a debita poena ei parcens collo- cabat eum in suburbano Menaburiorum, dantique agris, at- que armis, jubebat cum civibus parcerem, in barbaros autem, in quantum auderent, latrocinium exercere. Vitichindus.

Ne classi, quam Angelus Trivisanus in Pado amiserat, re- dintegranda milites, aut remiges deessent, lex est in Senatu Veneto lata, ut exules maritimus ab oppidis, atque insulis repu- blicae ob homicidia, quae essent facta, si pace cum mortuis propinquis inita menses sex in classe republicae sua impensa

operam navaverint, aut ad id vicarium dederint, restituerentur, exceptis iis, qui hominem constituto occidissent. Bambus E. l. 10. Hist. Ven.

QUOMODO. PUTA.

Supplicatione.

Apud SCYTHAS, pellis in censu jurisprandi vicem habebat. Mos vero ferè huic fuit. Ubi quis injuria esset: ad quopiam asse- ctus, nec repellenda idoneum, paremque se intueretur, cum bovem immolasset, concisas quidem carnes percoquebat aqua, pellem vero extendens, in ea ipsa consistebat, manibus retrò adductis, ut ex iis unus, qui cubitis colligantur. Hic vero mo- dus illis gentibus est supplicandi maximus. Adjacentibus igitur jumentis carnis, ad eum domestici, familiareque primum, mox & cui collibuerit trepta vero carnis portione, dextroque super corium illato pede, pollicetur pro virili unus equites auti. & quibus, nullis cibariis, nullaque item mercede: non- nulli, gravis armatura pedites: qui egentissimus est, offert fe- ipsum, sitque ad eum modum haud contemnenda in bovis co- rium aggregatio, estque ea tum firmissima, tum hosti pro- fimum inexpugnabilis, ut quae fit jurejurando obstricta. Hinc fe- selectum in historia, exercitum ad corio esse constatum Caelius l. 27. c. 14. ex Luciano.

Lesione.

ROMANI videntur aliquando soliti in delectu habendo po- testatem facere militibus, ut singuli singulos, notos sibi, quo- tum virtuti confiderent, legerent, aequè potissimum, cum periculum aliquod majus instaret, atque aliquis gravior casus urgeret: & ut cum domi exercitum cogeret, ita fortasse etiam cum a parte copiarum pugna periculofior cum hostibus erat committenda, ut qui ad expeditionem illam proficiscerentur, ad semetipsis lecti forent, conscii inter se mutuae virtutis. Appel- labant autem hoc, Virum ad viro legi. Livius in g. lab. Orbe condita: Et ad Vidimonis lacum Hetrucisci lege sacra, coacto exercitu cum vir virum legisset, quantis nunquam alias ante simul copiis, simul animis dimicantur. Tacitus in 17. lib. ubi de consilio Galbae agit, qui audita rebellionem legionum, adoptavit sibi Pisonem, remedium eorum malorum fore id ratus: Apud frequentem militum concionem imperato- ria brevitate adoptari a se Pisonem more divi Augusti, & exemplo militari, quo vir virum legeret, pronunciat. Pith. l. 18. Var. Le. c. 19.

FRIDERICO Imp. quintum in Italiam irumpente, Medio- lanenses, quibus prima ipsius imminere belli tempestas vi- debatur, inuitatos etiam sibi adhibendos apparatus putave- runt. Quippe cohortes firmissimas duas scripsere, unam nongentorum lectissimorum militum, qui a morte nomen invenerunt, quod ante mori, quam hosti in acie cedere consu- rant: alteram trecentorum fortissimorum juvenum, qui atrocium armati custodirent, neque hostes impune in- stantare permitterent. Deceverunt etiam, ut omnes cives in suas quisque tribus divisi, & sub versicoloribus signis in tra- cti exirent, assillatae patriae, aut extremum exitium, aut glo- riosam victoriam relaturi. Itaque cum ad Lignanum praelium iniretur, & Germani hostes praecipites ad atrocium usque compulsi essent, atque ex eo vexilla detraissent: ibi redintegra- ta per trecentos juvenes pugna, utrinque fortissimè dimicatum. Nongenti autem annitentibus caeteris vires interim, atque ani- mum collegere, ac sese aperto, ut deceverant, periculo de- voventes, valida impressione facta Germanorum aciem im- pulere, & signifero imperatoris occiso, vexillum Aquila in potestatem abduxerunt. Sigonius l. 14. regni Italiae.

Approbatione.

Apud ALEMANNOS quondam arma fumere non ante cui- quam mortis erat, quam solembus diebus, convenientibusque primores, & populus illud comprobassent: tum ipso con- cilio, vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus scuto, & framae juvenem ornabant: hac apud illos toga, hic pri- mus juvenutis honos erat. Avoentinus l. 5. Annal. Bojorum ex Tacito recitat.

Mercede.

M. CATO Consul cum Valerio Flacco amico suo, & familia- ri pactus, provinciam est sortitus Hispaniam citeriorem. Ubi cum gentes partim armis in ditionem redigeret, partim bene- volentia conciliaret, ingruerunt magna manu Barbari, quosque ne opprimeretur, periculum. Quare & Celtiberis, qui propin- qui erant, ascevit auxilia. Quibus auxiliis ferendi ducenta talen- ta mercedem postulantibus, cum alii omnes scedum dicerent esse cum Barbaris Romanis de opus ferenda pacifica mercede, negavit quicquam incommodi esse Cato, quippe si vicissent, soluturos